31

BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE
VATICANAE

CODICES MANUSCRIPTI RECENSITI

IUBENTE

LEONE XIII PONT. MAX.

CODICES REGINAE SVECORUM ET PII PP. II GRAECI

Ed. H. STEVENSON Sen.

ROMAE
EX TYPOGRAPHEO VATICANO
MDCCCLXXXVIII

BIBLIOTHECA APOSTOLICA
VATICANA

BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANUSCRIPTI RECENSITI

IUBENTE

LEONE XIII PONT. MAX.

PONTIFICATUS ANNO X

CODICES MANUSCRIPTI GRAECI

REGINAE SVECORUM ET PII PP. II

BIBLIOTHECAE VATICANAE

DESCRIPTI

PRAESIDE I. B. CARDINALI PITRA

EPISCOPO PORTUENSI

S. R. E. BIBLIOTHECARIO.

RECENSUIT ET DIGESSIT

HENRICUS STEVENSON Senior

EIUSDEM BIBLIOTHECAE SCRIPTOR

ROMAE

EX TYPOGRAPHEO VATICANO

MDCCCLXXXVIII

PRAEFATIO

PRAEFATIO

Quemadmodum catalogo nostro Bibliothecae Palatinae graecae. qui anno 1885 in lucem editus est, praefationem praemisimus, ita nobis in votis erat historiam enodare variosque casus narrare codicum Alexandrinorum, sive Svecorum reginae. Ast vero, plurimis de causis, quod licuit nobis in praefatione ad Palatinos codices. idem praestare noluimus in sequentibus duobus catalogis, codicum nempe Pii II et imprimis Reginae Svecorum, quos illustrissima regina, Gustavi Adulphi proles, magno pretio per viros doctos. praesertim Isaacum Vossium et Nicolaum Heinsium, undique conquisiverat, quosque Alexander VIII Otthobonus Venetus, numero mille nongentos, paucis quoque a sua bibliotheca additis, Vaticanae attribuit, quemadmodum testatur inscriptio marmorea parieti affixa aulae eiusdem in qua codices Reginae adservantur. Codices enim haud pauci Alexandrini inter Otthobonianos, et aliquot inter veteres Bibliothecae Vaticanae collocati reperiuntur. Latent pariter in aliis bibliothecis exteris, praecipue Leydensi, spolia reginae Christinae

minime despicienda, quae ut denudare et exuere possimus, longo itinere, infirma valetudine et senectute magis magisque ingravescente nunc saltem prohibemur. Praetereaque nobis erit expectandum, donec in lucem proferatur catalogus latinorum codicum Alexandrinorum et Otthobonianorum, quos ad recensendos filio nostro Henrico Stevenson cura demandata est. Quibus rationibus aliisque adducti, existimavimus, lector benevole, praefationem in diem magis opportunum procrastinandam esse, si modo coeptis nostris annuerit summus Deus, cuius ex arbitratu omnia pendent, et quo reluctante, nihil aggredi, nihil perficere possumus. Interea adeas optimum Dudikii *Iter*, in quo, post Blumium, auctor egregie de bibliotheca Reginae Svecorum historia disseruit: *Iter Romanum, im Auftrage des hohen Maehrischen Landes Ausschusses in den Jahren 1852 und 1853 unternommen und veröffentlicht. I. Theil,* Wien 1855, p. 123 et seq.; p. 167 et seq. Ne tamen spem tuam, lector patientissime, fefellisse videamur, en catalogos duos, unum codicum Alexandrinorum, quos more sane barbaro Reginenses nuncupandi increbuit consuetudo, alterum Pii II qui dicuntur codicum graecorum, quos a Clemente XI Vaticanae bibliothecae addictos Alexandrinis tanquam appendicem adiunximus, ut fieri solet. Quibus catalogis iamdudum quidem, anno nempe 1882, mense Iunio et Iulio confectis, varii casus obstitere, quominus ante hoc tempus typis impressi in vulgus emitterentur. Nutu dixeris divino id contigisse. Illuxit quippe iam annus omnium faustissimus, quo universae terrae principes populique, dona afferentes, quinquagesimum sacerdotii natalem sapientissimi Pontificis nostri, Leonis XIII, certatim celebrant. Quaenam igitur dona a Bibliothecae Vaticanae scriptore, quantumvis exilia admodum et tenuia, sed tamen idonea, porrigi

possint Summo Ecclesiae Romanae Antistiti, qui ipse, ut viris doctis Romam adeuntibus ad thesauros Vaticanae bibliothecae facilior pateret aditus, publicae luci catalogos committi iussit?

Eadem methodo usi sumus in recensendis graecis codicibus Reginae Svecorum et Pii II, qua in manuscriptis palatinis. De subsidiis breviter dicendum. Adhibuimus *Inventarium* anonymum codd. graecorum reginae Christinae et Pii II, cuius exemplar saeculo decimo octavo ineunte descriptum ad publicum usum in Vaticana Bibliotheca adservatur. Qui vero eiusdem catalogi auctor extiterit esset inquirendum. Sed hac de re, deque catalogo Isaaci Vossii ab Antuerpia ipsa cum bibliotheca regia misso eiusdemque adnotationibus autographis referto [1] et de nonnullis catalogis, nobis quidem fere inutilibus, qui Parisiis, Romae aliisve in locis extant, erit potius tractandum in persequenda historia huius bibliothecae. Nec sprevimus Indicem manuscriptorum graecorum Pii II a J. Simonio Assemanno olim editum [2], illumque nuper a cl. v. Ludovico Duchesne summatim quidem sed docte compositum [3].

Non catalogos tantum tibi praebemus, qua potuimus diligentia et industria compositos et emendatos, singulis codicibus a nobis ita recensitis, ut nec minima ineptiaeque omitterentur; sed etiam indices omnes, ut in catalogo graeco Bibliothecae Palatinae, scribarum nempe nomina, possessorumque continentes, et codices temporum notis instructos sive carentes, indicemque nominum rerumque, qui accuratissimus ipsorum catalogorum vice fungi possit; quos

[1] Cod. Vat. 8171 (cf. apographum in cod. Vat. 7764).

[2] Bibliotheca Orientalis, T. I, p. 593.

[3] De codicibus mss. graecis Pii II in bibliotheca Alexandrino-Vaticana, *Bibliothèque des Écoles Françaises d'Athènes et de Rome,* fasc. XIII, *Paris* 1880.

indices quam propense et grato animo viri docti olim acceperint, nobis per litteras et ephemeridas saepe significatum est. Indicem codicum Reginae Svecorum ab illo Pii II iusta de causa seiunximus; quum enim origo et historia utriusque bibliothecae inter se prorsus diversae sint, nefas sane fuisset unam cum altera sine discrimine commiscere, quae casu tantum coniunctae sunt.

Vale, lector humanissime, veniamque nobis clementer largitor.

Romae, Idibus Februar. MDCCCLXXXVIII.

HENRICUS M. STEVENSON Senior.

CODICES REGINAE SVECORUM GRAECI

CODICES REGINAE SVECORUM GRAECI

ACCEDUNT CODICES PII II GRAECI

---

1. Cod. membranaceus in f. max. saec. XI, binis columnis, Leonis Patricii sumptibus eleganter exaratus; fol. *a* 565, quorum numeri etiam graece in imis paginis notantur. Constitisse olim insignem codicem voluminibus duobus, cum ex orbiculis aureis, de quibus infra dicetur, tum ex indice, qui folio 4 legitur, facile apparet. Singulis fere libris sua praefigitur imago, cuius in margine versus inscribuntur iambici, litteris uncialibus miniatis descripti, argumentum imaginis paucis significantes. Praeterea, iam in ipsa codicis fronte, plures nitent picturae, quas strictim describemus: — Folium *a* tot orbiculos aureos exhibet, quot sunt, sive potius erant olim in codice utriusque Testamenti libri, quorum tituli, minio descripti, ipsis orbiculis includuntur. Quatuor eiusdem folii anguli imaginibus exornantur, quas supereminet, circulo circumdata, Deiparae (τῆς Θεοτόκου) icuncula. — Folio *a* v. conspiciuntur picturae tres, quarum prima et tertia ad Paradisum spectant terrestrem; ad mare et pisces secunda, usu adeo detrita, ut fere evanuerit. — Folio 1, loco picturae, habentur versus iambici, litteris uncialibus minio descripti. Inscribuntur: Ἴαμβοι δηλοῦντες τόν τε ἀκριβῆ ἀριθμὸν τῶν βιβλίων καὶ τὴν σύνθεσιν παλαιᾶς τε καὶ νέας, καὶ τὸν κτήτορα ὑποφαίνοντα τὸν ταῦτα γεγραφότα. Iambi, qui numero sunt LX, inc. Τοῦ παντάνακτος καὶ Θεοῦ Λόγου φύσει. Sequitur monitum, quo significatur, imagines omnes, quibus *duo volumina* instruuntur, ver-

sibus iambicis, argumenta imaginum breviter explanantibus, circumseptas esse. Inc. Δεῖ εἰδέναι ὅτι. — Folio 2 crux depingitur maxima, ex cuius radice duae exoriuntur palmae, victoriae signum, quod ipsa inscriptione IC̄.X̄C̄.NHKA (sic) exprimitur. Eadem crux repetita est folio 3 v. Reliquae vero duae picturae, quibus priorum imaginum agmen clauditur, ampliores sunt, maiorisque momenti. Folium quippe 2 v. speciem refert Leonis Patricii, Praepositi et Sacellarii, Beatae Virgini sacrum volumen porrigentis, quod sumptibus suis exarandum curaverat. Inscribitur minio: λέων πατρίκιος πραιπόσιτος καὶ σακελ(λ)άριος προσφέρων τὴν ἑξήκοντα (sic) βίβλον τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον (sic integris litteris). Folio denique 3 effinguntur monachi duo, pedibus Sancti Nicolai hinc atque inde advoluti, quorum unus, ad dextram sancti procumbens, μάκαρ vocatur καθηγούμενος et Leonis Sacellarii frater; alter, ad sinistram eiusdem Nicolai, Constantinus Protospatharius. Subscriptio duplex sic se habet: ὁ εὐλαβέστατος καθηγούμενος μάκαρ κήμενος (pro κείμενος) πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ ἁγίου νικολάου | ἀδελφὸς τοῦ σακελλαρίου: ὁ καὶ τὴν μονὴν μετὰ Θεὸν συστισάμενος | κωνσταντῖνος ὁ ἐν μακαρία τῇ λήξει γεγονὸς (sic) πρῶτος σπαθάριος. Verba quidem ἀδελφὸς — συστισάμενος (pro συστησ..) ita sunt in codice disposita, ut dubitari possit, utrum ad Macarium sint referenda, an ad Constantinum. Intelligenda vero ea esse de Macario opinamur.

(Vetus Testamentum iuxta LXX interpretes) f. 5. Complectitur libros omnes a Genesi (f. 5) ad Psalterium usque (f. 490 v.). Stichorum numeri tantum ad finem Odarum Exodi notantur f. 59 v. Genesi praemittuntur: I. Paschalion (cod. πασχάλιν) compendiarium iuxta lunae cyclos f. 4. Clauditur nomine ω ┼ N (Λ supra, ε infra), i. e. Λέων (Πατρίκιος), qui videtur non Paschalion tantum, sed integrum codicem transcribendum curasse. — II. Index librorum, qui hoc primo volumine continentur f. 4 v. — Psalterio praefiguntur: I. Eusebii Pamphili argumentum. Inc. Τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν f. 448. — II. Periochae. Inc. Προτροπεῖ (l. ... πῇ) θεοσεβείας καὶ ἀποτροπῇ τῶν ἐναντίων f. 448. — III. Canones νυκτερινῶν ψαλμῶν λυχνικοί. Inc. Ὥρα Ā. ψαλμὸς ὁ Δ̄. Psalterium clauditur, ut solet, V. et N. Testamenti Canticis, cum orationibus Zachariae, Symeonis, Ezechiae et Manassis (f. 559), addito Hymno matutino (ἑωθινῷ) manu recentiore scripto). Hymnus inc. Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ· καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη f. 559.

2. Membr. in f. saec. XII, ab Ignatio monacho exaratus; fol. 326, quorum priora aquis maculata, cum scripturae detrimento. Verba plurima vetustate consumpta. Inscriptiones litteris rubris. Olim

Ioannis Camerarii (Dalburgii) episcopi Wormaciensis a. 1485, cuius nomen in imo folio primo legitur.

(Ioannis Chrysostomi Homiliae XLIV-LXXXVIII in S. Ioannis Evangelium) f. 1. In summa pagina leguntur haec: βιβλίον τὸ β̄ κατὰ Ἰωάννην τῆς μονῆς τῶν σπι^λ' · καὶ ἢ (l. εἴ) τις ἀφέλ(ῃ) αὐτὸ ἀπὸ τῆς μον(ῆς) νὰ ἔχει (= ἔχῃ) τὸ ἀνάθε(μα) τῶν ἁγ(ίων) π̄ρ̄ω̄ν̄ (= πατέρων).

Subscriptio scribae f. 326 v.: ἐγράφει (- η) αὕτη ἡ ἱερὰ (sic) βίβλος, χειρὶ ἰγνατίου μοναχοῦ, τοῦ καὶ ἁμαρτ(ωλοῦ): ~ Infra, litteris minutioribus: μνησ^θ'τ (μνήσθητί) μου κ̄ε̄ ἐν τῇ βασιλεία σου· τῷ (sic) ἀναξίω λ^ετ (λεοντίῳ) πρ^ετρ (πρεσβυτέρῳ) τῷ πολλὰ καὶ ἀμαθεία (?) πλημμελήσαντι ἀλλ 'ος (ἀλλ' ὡς) προσεδέξω τὴν πόρνην καὶ τὸν ἄσωτ(ον) καὶ λῃστὴν καὶ τὸν τελώνην (litteris ελ obliteratis, et ων blattis corrosis) οὕτος (οὕτως) κἀμοὶ φιλ̄ᾱν̄ε̄ (φιλάνθρωπε) οἴκτειρον καὶ σῶσον. E regione subscriptionis habentur haec: « *uisto mi Bartolomeo Bardella* ». In summa columna altera folii 326 v.: εὔχεσθε καὶ α^χ (μοναχὸν) λεόντιον τὸν καὶ πρε(σβύτερον) τὸν ἀνάξιον καὶ ἔσχατον πάντων ἀ̄ν̄ω̄ν̄ (ἀνθρώπων).

3. Membr. in f. saec. XI, minutissima littera et elegantissime scriptus; fol. 256, quorum priora mucore valde maculata.

(Commentarius anonymi in Lucae Evangelium), initio mutilus. Inc. Νόμοις κηρυσσομένων λόγων f. 1. — Argumenta in ima singulorum foliorum pagina rubris solent significari litteris. In margine capita notantur negligenter scripta; ubi et nomina auctorum, quorum plurima prorsus obliterata vel omissa. Citantur: Anastasius, anepigraphus, Apollinaris, Caesarius Gregorii Naz. frater, Chrysostomus, Cyrillus, Isidorus, Origenes, Photius, Severus, Titus.

(Commentarius anonymi in Ioannis Evangelium). Inc. Τοῖς ἄρτι τῶν παίδων εἰσαγομένοις πρὸς τὰ μαθήματα f. 119 v. Omissa sunt in margine auctorum nomina, et in ima pagina argumenta; capita pariter omissa recentior supplevit scriba in scheda membranacea, folio ultimo adglutinata.

4. Membr. in f. binis columnis, saec. IX-X.

Io. Chrysostomi in (Pauli) ad Romanos epistolam commentarius. Habentur tantum λόγοι XXII priores, in duos distincti libros, quorum prior (f. 1-166 v.) sermones complectitur I-XIV; alter XV-XXII (f. 167 ad finem). In ultimo folio superest tantum inscriptio λόγος κ̄γ̄. Desunt ergo λόγοι XXIII-XXXII. Liber prior inc. Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων.

Folio praevio, et ipso membranaceo, leguntur sequentia mirum quantum mendose scripta: ὦ πώλοι στένακτε τοῦ βίου χρῶναι πώλοι φρών τίς τε μων ασ τῶν καὶ μιγάδων πλάναιτων ναίων καὶ λεῖπι γιρα λαῖον πάντας· εἰσάγης μετὰ λύπην εἰς ἅ δήν. Quae sic emendanda sunt: ὦ πολυστένακτε τοῦ βίου

χρόνε, πολυφρόντιστε μοναστῶν καὶ μιγάδων, πλάνε τῶν νέων καὶ λύπη γεραλέων, πάντας εἰσάγεις μετὰ λύπην εἰς ᾄδην. Sequitur nomen per compendium scriptum, quod Theophylacti esse videtur.

Eodem folio, a tergo: ἡ βίβλος αὕτη μονῆς περιβλέπτου τῆς κημένης (κειμ.) ἔγκηστα (ἔγγιστα) τῆς ψαμμαθείου· ἦν (ἣν) ἐκ βάθρων ἤγηρε (ἤγειρε) ρωμανὸς ἄνωθεν. Denique haec: Θεοφίλω μοναχῶ καὶ τάχα ρακενδίτης (sic).

5. Chartac. in f. saec. XIV, fol. 486. Olim I. Vignierii I. C. Folio 1 v. tabulam adiecit manus latina recentior, qua Evangeliorum huius codicis στιχομετρία confertur: I cum alia ex antiquissimo codice quodam, cuius neque numerus indicatur neque origo; II cum codice veteri latino qui ab utroque dissentit.

(Petri Laodicensis in Matthaei Evangelium commentarius). Male codex: Βασιλείου τοῦ μεγάλου. Inc. Ἡ βίβλος γενέσεως ἐστὶ (sic) τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος δα̅δ̅ κατὰ σάρκα f. 2. Media pagina folii 29 v., ubi de Petri socru sermo est, nonnulla desiderantur. Argumenta in summo folio suo quaeque loco significantur. Integrum commentarium sequitur folium 138 vacuum.

(Victoris Antiocheni in Marci Evangelium commentarius). Inc. Πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον καὶ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς συνταξάντων ὑπομνήματα f. 150. Praeit argumentum, idem quod iam supra una cum commentarii initio exscripserat librarius (f. 139-146). Folia 225-226, paucis versibus exceptis, sine scriptura, incolumi tamen commentario.

(Titi, Bostrorum Episcopi, in Lucae Evangelium commentarius). Inc. Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν f. 227. Absolutum opus excipit folium 368 sine scriptura. Praefigitur argumentum Evangelii f. 226 v.

(Anonymi in Ioannis Evangelium commentarius). Inc. Οὗτος ὁ εὐαγγελιστὴς πατρίδος μὲν ἦν ἤτοι κώμης εὐτελοῦς f. 370. Clauditur verbis: Τέλος τῶν σχολίων τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.

6. Bombyc. in f., bina manu saec. XIV exaratus, fol. 336. Altera manus exscripsit tantum folia 189 v.-205 v. Olim Ignatii Chortasmeni, Macarii, Demetrii Leontarii; denique Christiani Ravii Berlinatis. Folia etiam numeris graecis signantur. Folio primo recto, praeter possessorum nomina, locus ex Theodoreto praebetur, qui incipit: Μηδεὶς τοίνυν οἰέσθω θηρίων καὶ ἀλόγων ζώων εἰκόνας ἔχειν τὰς ἀοράτους δυνάμεις. Clauditur haec pagina disticho iambico: Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς ἥδε βίβλος ἐγράφη, || ἣν ὡς ποθεινὴν λάμβαν' ἐς χεῖρας, ξένε.

Nicetae, Naupacti Episcopi, in Matthaei Evangelium commentarius, ex variis PP. et imprimis ex Chrysostomo collectus; cum scholiis et

capitum numeris in margine. Verba Matthaei (τὰ κείμενα) rubris distinguuntur litteris. Commentarius inc. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μὴ δὲ (sic) δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας f. 2. Commentario praemittuntur (f. 1 v.): I. Index capitum Matthaei, initio mutilus. — II. Eusebii Pamphili tractatulus: Ποῦ ἐγράφησαν τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια καὶ τίνος ἀντίτυπα γεγόνασιν. Inc. Τὸ κατὰ Ματθαῖον ἐγράφη ἐν τῇ ἀνατολῇ ὑπὸ Ματθαίου. — III. Epigramma tetrastichon in commentarium Nicetae. Inc. Πολλῶν πόνων ἔρανος ἠκριβωμένος || οὐδὲν περιττὸν οὐδὲν λοιπὸν ἐνθάδε. Infra, possessoris subscriptio (monocond.): ὁ ταπεινὸς μετροπολίτης Συληβρίας Ἰγνάτιος. — IV. (f. 2) verba sequentia, quibus commentarius noster Theophylacto Bulgariae Episcopo abiudicatur: † ἀξιολογώτατον βιβλίον καὶ δυσεύρετον. † ἐξήγησις θαυμασιωτάτη καὶ πλουσία καὶ κρείττων ἢ κατὰ τὴν τοῦ βουλγαρίας (scil. episcopi Theophylacti). ἔστι δὲ τὸ βιβλίον πάνυ ὀρθώτατον. E regione, in margine, scholiolum, in quo Theophylacto, ut videtur, adscribuntur commentarii in Psalmos, in epistolas Pauli, in catholicas inque Acta apostolorum; exit in verba: εἰ δὲ καί τινα ἕτερα οὐ γινώσκω· ταῦτα γὰρ καὶ μόνα ἦλθον εἰς χεῖρας ἐμάς.

(Eiusdem Nicetae) Commentarii in Evangelia Marci, Lucae, Ioannis, et in Acta Apostolorum, cum scholiis, capitumque numeris in margine. — I. Marc. inc. Τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον μετὰ δέκα ἔτη τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως f. 75 v. — II. Luc. inc. Λουκᾶς ὁ θεῖος Ἀντιοχεὺς μὲν ἦν· ἰατρὸς δὲ f. 94. Folio 134, quo clauditur commentarius, in ima pagina leguntur quatuor disticha iambica, quae inc. Κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ λιτάς, σῶτερ, δέχου. Alia occurrunt infra, quorum, bibliopegi culpa, vix vestigia supersunt. — III. Ioann. inc. Ἡ τοῦ πνεύματος δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ· τελεῖσθαι f. 134. Integrum commentarium sequuntur folia 182 v.-184 sine scriptura. — IV. Acta Apostolorum inc. Οὐκ ἔλαττον τῶν ἱερῶν καὶ θείων εὐαγγελίων f. 185.

Laudantur in hoc commentario: Ammonius, anepigraphus, Arsenius, Athanasius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Didymus, Eusebius Emesenus, Gregorius Nyssenus, Hesychius Presbyter, Irenaeus, Nicolaus Presbyter, Severianus, Severus Antiochenus.

(Theophylacti Bulgariae ep. in Pauli epistolas commentarius), cum scholiis alicubi in margine et lemmatis, praeviis argumentis f. 208. Scholii prolixi scriptori, quod in fronte commentarii minio depictum legitur, persuasissimum est, commentarium auctorem habere non ipsum Theophylactum, sed Nicetam Naupacti episcopum, Bulgarii vestigiis imprimis insistentem: ὅθεν, pergit scholium, καὶ πέπεισμαι τῷ Ναυπάκτου ταύτην (i. e. τὴν ἐξήγησιν) γρ. προσκεκληρῶσθαι, δεινασαμένῳ (cod. δεινασάμενος) τὰ πλείω παρὰ τοῦ βουλ. Commentario argumenta in singulas epistolas constanter praefiguntur. Primum argumentum in Epistolam ad Romanos inc. Ἡ συνεχὴς ἀνάγνωσις τῶν θείων γραφῶν, εἰς τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἄγει f. 208. — Ad Corinthios α′ f. 226;

β′ f. 244 v. — Ad Galatas f. 259 v. — Ad Ephesios f. 267. — Ad Philippenses f. 277. — Ad Colossenses f. 283. — Ad Thessalonicenses α′ f. 290; β′ f. 294. — Ad Timotheum α′ f. 297 v.; β′ f. 305. — Ad Titum f. 310. — Ad Philemonem f. 313. — Ad Hebraeos f. 314 v. — In summa pagina folii 208 leguntur iambi XII, qui inc. Ἅπερ θίασος πατέρων θεωφρόνων. In imo fol. 228 v. possessoris nomen Ὁ Λεοντάρης; et f. 244, in ima pagina, Δημήτριος ὁ Λεοντάρης.

(Scholium in verba Apocalypsis: Et ostendit mihi fluvium aquae vitae etc. XXII, 1, 2). Inc. Διττὴν ἴσμεν τοῦ ποταμοῦ τὴν ὠφέλειαν f. 336 v. — Clauditur demum codex fragmento Chrysostomi homiliae in illud: Cantate Domino canticum novum (Psalm. XXXII, 3). Inc. Ἔστι μοι θυσία καθαρά.

Folio 205 v., quo desinit Nicetae in Acta Apostolorum commentarius, subscribuntur sequentia manu rudissima, ab illa codicis librarii prorsus diversa: τὸ παρὸν βυβλῦον ὑπύρχεν (ὑπῆρχεν), πρὸτον (πρῶτον) μὲν τοῦ ἀ$^{Γ'}$ ὁτ(ά)τ(ου) (ἁγιωτάτου) ἀρχιερέως συλ(η)βρίας κυροῦ ἰγνατ(ίου) τοῦ χορτασμένου. αὐτὸς δὲ ἀφῆκεν (sic) αὐτὸ προς τον αἰ αὐτοῦ (πρὸς τὸν ἑαυτοῦ) ὑπουργὸν χάρην εὐχὴς (χάριν εὐχῆς) κυρὸν μακάριον· καὶ καθηγοῦμενον (sic) τῆς ἁγίας μαρίνης τῆς οὔσης ἐν τῆ αὐτῆ πόλ(ει)· οὔτος (sic) δὲ ἀπεχαρίσατω (sic) ἐμὲ (sic) δημητρ(ίῳ) τὸ λεοντ(ά)ρ(η)· ἐγράφη δὲ (non codex) καὶ παρ' ἐμοῦ οἱ κί ὁ χυρὶ (οἰκείᾳ χειρὶ) δι' ἐνθύμησιν· ἐν μινὶ ἰου$^{λλ'}$ κϛ N^{ος} (ἰνδικτιῶνος) θ^{ης} ἔτους ͵ϛϠνδ′ (a. 1446)· ὅταν ἐφυ$^{Γ'}$ ὁ δεσποτ(ης) κυρ(ὸς) θε$^{τρ'}$ (?) καὶ ἀπυ$^{Γ'}$ (ἀπῆγε) εἰς τ(ὴν) συλυβρίαν καὶ πάλην (sic) ἐπανήλθεν (sic) ὦδε (ὧδε).

Folio 206 leguntur haec: « *Iste liber est domini demetrii Leontarii et litere sūt demetrii biscontis et Viterbi scripte autem in ciuitate nominate* (sic) *metres. tu autem domine nos conserua et ab omnibus uiciis et voluentes* (sic) *nos extrae. Amen* ». — Repetitur infra bis nomen Ignatii Chortasmeni.

7. Chartac. in f. saec. XV, initio ac fine mutilus, fol. 183, quorum complura aquis inquinata, et 16um lacerum. Olim Burdeloti.

(Catena Patrum in Genesin), fine mutila. Incipit a Theodoreti verbis, monente in margine I. B. Pitra: Οὐδὲν στεῤῥὸν εἶχον οὐ δὲ (sic) βέβαιον οἱ νομοθετούμενοι f. 1. Nomina Patrum rubris sunt scripta litteris, non quidem in margine, sed in medio operis contextu, ante singulorum excerpta. Verba libri Genesis, rubris distincta litteris, commentario praemittuntur, qui clauditur Theodoreti exegesi in cap. III, 8.

Laudantur: Acacius Caesariensis, Anonymus, Apollinaris, Athanasius Alex., Basilius, Chrysostomus, Cyrillus Alex., Cyrillus Hierosol., Cyrillus (sine cognomento), Didymus, Diodorus, Dionysius Alex., Ephraem, Epiphanius Cyprius, Eusebius Emesenus, Eusebius Pamphili, Eusebius Episc., Gennadius CP., Gregorius Naz. et Nyssenus, Hippolytus Ep. Romanus,

Irenaeus, Isidorus Pelusiota, Methodius Ep. et Mart., Origenes, Petrus Alex., Serapion Ep. Thmuitanus, Severianus Gabalensis, Severus Antiochenus, Theodorus, Theodoretus, Theophilus Alexandrinus.

(Catena in Canticum Canticorum), consarcinata ex interpretationibus Theodoreti Cyrensis, ex Gregorii Nysseni, Nili et Maximi paraphrasi, nec non ex Michaëlis Pselli exegesi, versibus scripta politicis, ita tamen, ut non excerpta, sed singulorum singuli commentarii, alternis vicibus, integri praebeantur f. 65-71 v.; 72 v.-183. Theodoreti commentarius inscribitur: Τοῦ μακαρίου Θεοδωρίτου ἐπισκόπου Κύρου ἑρμηνεία εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ, Θεοδώριτος. Inc. Ἡ τῶν θείων λογίων ἐξήγησις f. 65. — Paraphrasis inscribitur: Ἑτέρα ἑρμηνεία καταπαράφφρασιν (sic) τοῦ ᾄσματος τῶν ᾀσμάτων, συλλεγεῖσα ἀπό τε τῶν εἰς τοῦτο ἑρμηνειῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Νείλου καὶ τοῦ ἁγίου Μαξίμου. Inc. Ἐπειδὴ καὶ τὰς παροιμίας καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν Σαλομὼν ᾖσεν f. 72. Sequentia quaerenda f. 73 v. — Michaëlis Pselli exegesis poëtica inscribitur: Ἑτέρα ἐξήγησις εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων ἐξηγηθὲν παρὰ τοῦ Ψελλοῦ διαστίχων (sic) πολιτικῶν. Inc. Ἐπείπερ τὸ φιλομαθές τὸ σόν, ὦ στεφηφόρε f. 72. Versus continua serie scripti punctis tantum inter se distinguuntur. Codex fine mutilus, integro tamen Pselli commentario.

8. Bombyc. in f., duabus columnis, saec. XIII, fine mutilus; fol. 167, quorum 41-48 a bibliopego inversa. Numeri quaternionum per integrum codicem suo quisque loco in imo margine graece significantur.

(S. Ephraemi Syri Paraeneses XIII-XLIX). — Paraenesis XIII, initio mutila, inc. ... (ἐὰν) ἡμεῖς ὦμεν ἀνυπότακτοι, πῶς τὴν ὑπακοὴν ἐκδιδάξωμεν (sic) τοὺς μικροτέρους; f. 2. Ultima (XLIX) inscribitur: Περὶ διαφορᾶς τοῦ μοναχικοῦ βίου ὑπὲρ τὸν κοσμικόν. Inc. Ἀγαπητὲ ἀδελφέ, ἐὰν ἀποταξάμενος f. 58 v. Nullo signatae numero, plerumque inscribuntur: Παραίνεσις τοῦ αὐτοῦ ἑτέρα. Argumentis in fronte instruuntur tantum paraeneses XXIX, et XXXIII-XLIX.

Eiusdem Sermones ascetici XL. Primus inscribitur: Λόγος ἀσκητικὸς ὁ μέγας. Inc. Ὁ πόνος τοῦ λέγειν ἀναγκάζει μαι (l. με)· ἡ δὲ ἀναξιότης μου σιωπᾶν ἐπὶ τημά μοι (ἐπιτιμᾷ μ.) f. 74 v. Ultimus: De Poenitentia, fine mutilus. Inc. Καρπὸς πολυφόρος ἐστὶν ἡ μετάνοια f. 155 v. Desin. εἰ (sic) μὴ γὰρ κοιμὴ θὴ κατεσπέραν (l. κοιμηθῇ καθ' ἑσπ.) ...

9. Membr. in 4, forma quadrata, saec. X, fol. 197. Olim Matariotae Metropolitae (f. 180).

Catena Patrum in Ioannis Evangelium. Inscr. Ἑρμηνεῖαι (sic) διαφόρων ἑρμηνευτῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἅγιον εὐαγγέλιον. Scholia uberrima, fine mutila, minutioribus scripta litteris, Evangelii verba quaquaversum circum-

sepiunt. Inc. Πᾶσα μὲν ἡ τῶν εὐαγγελίων φωνὴ μεγαλοφυεστέρα λοιπῶν τοῦ πνεύματος διδαγμάτων, f. 1. — Foliis 163 v., 164-165, litterae infimae in longum miro modo productae, in marginem inferiorem procaciter erumpunt, cometarumque instar, stellulis extrema parte exornantur. — Usus est hoc codice A. Mai, qui, in schedula inter f. 17 et 18 inserta, folia adnotavit, quibus Mopsuesteni inedita occurrunt.

Laudantur, nominibus in margine per compendium scriptis: Apollinaris, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus (sine cognomine), Didymus, Hera(cleota?), Isidorus (Pelusiota), Maximus, Origenes, Photius, Theodorus Mopsuestenus.

10. Membr. in f. min. saec. XI, initio mutilus; fol. 318. Olim Alexandri Petavii, Pauli f., senatoris parisiensis a. 1647. Folio praevio, a tergo, inest index rerum latine, ab Al. Petavio scriptus. Foliorum numeratio duplex, in summo et imo margine. Litterae primae cuiusque libri species exhibent hominum, animalium etc.

Vetus Testamentum, a Genesi ad Danielem usque, cum lemmatis graece, et alicubi scholiolis, partim manu recentiore scriptis. Librorum inscriptiones minio depictae; nonnullis, loco simplicis tituli, praemittitur monostichum iambicum, e. g. ἐνταῦθα πέλει ἀρχὴ τοῦ Λευιτικοῦ. — Genesis desiderantur quinque capita priora, monente iam Petavio. Inc. Λάμεχ ἔτη ψνγ. καὶ ἀπέθανε f. 1. — Exodus f. 21. — Leviticus f. 52 v. — Numeri f. 75 v. — Deuteronomium f. 107. In fine subscriptio: Αὕτη ἐστὶν ἡ πεντάτευχος μωσέως. — Iosue f. 133 v. — Iudices f. 255. — Ruth f. 176. — Maccabaeorum libri IV f. 178 v.-229 v. Liber IV inscribitur: Ἰωσήφου φιλοσόφου εἰς τοὺς ἁγίους Μακκαβαίους. Inc. Φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων f. 229. — Esdrae libri II f. 240 v.-254 v. Adnotavit Petavius in margine: *Esdrae liber 2 qui tertius et quartus in editione regia anni 1570 latine tantum editus.* — Esther, additis verbis: Οὐκ ἐκκλησιάζεται f. 259 v. — Iudith: Οὐκ ἐκκλησιάζεται f. 278. — Tobias f. 291 v. — Vita Secundi philosophi: Οὐκ ἐκκλησιάζεται. Inc. Σεκοῦνδος ἐγένετο φιλόσοφος f. 299. Subscriptio: τῶι δακτύλοις γράψαντι· τῶι κεκτημένωι· τῷ ἀναγινώσκοντι μετ' εὐλαβίας. φύλαττε τοὺς τρεῖς ἡ τριὰς τρισολβίως. — Beati Danielis Prophetae iudicia, visionesque XIII et somniorum interpretationes f. 303.

11. Membr. in f., saec. XII, fine mutilus, fol. 168.

(Epistolarium, Graecis Ἀπόστολος, sive Πραξαπόστολος dictum, ex Actibus Apostolorum, Epistolis Pauli, et Canonicis, nec non Apocalypsi compositum). Incipit a Dominica Paschatis, et quidem ab Antiphona α̅: Ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ f. 1. — Acta Apostolorum f. 1 v. — Epistolae Paulinae f. 30. — Epistolae Catholicae, Iacobi, Petri, Ioannis f. 148. Codex,

fine mutilus, clauditur feria II[a] Hebdomadae XXXV[ae], et quidem verbis: οὐκ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἀλή ... (I. Ioann. II, 21). Desunt ergo reliqua primae Ioannis epistolae et duae sequentes cum epistola Iudae et Apocalypsi.

12. Membr. et chart. in 4 mai.; fol. 339, quorum 1-219; 291-298 membr. saec. XI; cetera suppleta chart. saec. XV. Folia membranacea in binas distincta columnas; plura sua sede mota. Aquis maculatae membranae codicis, in quibus voces plurimae, imo integrae paginae aevo consumptae sunt. Scriptura vitiosissima, alicubi rescripta.

(Evangeliarium, seu Lectiones e quatuor Evangeliis, ad usum singulorum dierum et festivitatum). Singulis lectionibus praefiguntur solitae rubricae. Litterae primae pergrandes depictae. — Evangelium Ioannis f. 1. Exit imperfecte in verba: ἔὰν (sic) τις διψὰ (sic) ἐρχέσθω πρός... (cap. VII, 37). — Evang. Matthaei f. 39-104; 138-165. Initio mutilum incipit a feria secunda Quadragesimae, et quidem a verbis: ... εἶπεν ὁ κύριος· ὁράτε (sic) μὴ καταφρονήσητε (cap. XVIII, 10). — Evang. Lucae f. 151-165 et 104-137. — Ev. Marci f. 166. — Marcum excipiunt Evangelia in sacris lecta solemnitatibus et in festis Sanctorum, a mense Septembri usque ad Augustum, i. e. per integrum annum ecclesiasticum f. 291-324 v. Inc. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ α̅. Ἀρχὴ τῆς ἠνδίκτου (sic)· καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ στυλίτου. Εὐαγγέλιον κατὰ λουκᾶν. — Evangelia ἑωθινά, seu matutina, f. 328. Evangelia ἑωθινὰ ἀναστάσιμα ια̅, f. 328 v. Clauditur codex undecimo, quod integrum praebet.

13. Membr. in 4, saec. X, ut videtur, Scotica (i. e. Hybernica) manu exaratus; fol. 87. Voces accentibus et spiritibus omnino carent, et mendose sunt scriptae. — Prima cuiusque Psalmi littera pergrandis est et minio eleganter depicta; rudissime contra exiliores versiculorum initiales. Ex bibliotheca Guillelmi Satheri; dein P. A. Des Fontaines.

Psalterium. Inscribitur: ψαλτηριον συν θω̅ του ΔΑΔ̅ κατα τον εκκλησιαστιν κατα τον αγιον: αλληλουια. Inc. Μακαριος ανηρ ος ουκ f. 1. Psalterium non est in καθίσματα distinctum. Litterae alphabeticae Psalmi CXIX (CXVIII) in margine litteris latinis minio depictis exprimuntur. Versiculi, continua serie scripti, maiuscula tantum initiali, minio exarata, inter se distinguuntur. Psalterium excipiunt: Oratio Zachariae (f. 84 v.), Symbolum fidei (f. 85), Canticum B. V. seu Magnificat (f. 85 v.), Canticum Symeonis (f. 85 v.), Oratio Dominica (f. 85 v.), Canticum trium puerorum (f. 86), initium Ioannis Evangelii, usque ad verba: δοξαν ως μονογενου (sic) απο του πατρος Πλινον της χαριc καὶ τισ αλιθιας f. 87.

14. Membr. in f., saec. XI, binis columnis; fol. 394, quorum priora 37, nullo signata numero, scriptura carent, duo prima si excipiantur. Prima initialis maiuscula, in singulis homiliis, auro depicta est; minio ceterae, quae minores sunt. Inauratis lineis homiliae inter se distinguuntur. Folia 85, 101, 126 marginibus dextris carent, a bibliopego excisis.

Io. Chrysostomi in Matthaeum homiliae L-XC. Praefiguntur argumenta Ethicorum inde ab homilia XLV[a]. Inscribuntur: Τῶν ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἠθηκῶν (sic) ἡ δύναμις † με̅. Inc. Ὅτι πάνυ ἡμῖν εὐθείας ὁ Θεὸς ἐντολὰς ἐδωρήσατο f. 1. Ultimum argum. (XC) inc. Ὅτι οὐδὲν δύσκολον ἐπέταξεν ὁ Χριστός. Eadem argumenta, aliis tamen verbis ac brevius expressa, suo quaeque loco cinnabari significantur. — Homilia L[a], initio mutila, inc. ... Φιλοσοφεῖν καὶ τὸν Χριστὸν τιμᾶν f. 30. — Ultima inc. Πορευομένων δὲ αὐτῶν (cap. XXVIII, 11-14) f. 387 v.

15. Membr. in f., binis columnis, saec. XIII (etsi ex scriptura antiquior esse videtur), fine mutilus, et a muribus famelicis pessime habitus, pluribus etiam foliis avulsis; fol. 298. Ex bibliotheca E[mi] Cardinalis Mazarini (f. 16). Folio praevio, sive potius scheda, indiculus inest manu recentissima exaratus. Inc. *Narratio utilis de Iosaphat filio regis auctore divo Barlamo.* Datur initium cum fine.

(Menologium a mensis Septembris die octava, ad Februarii initium):

Sept. — Andreae Cretensis, Hierosolymitani, in B. Virginis natalem sermones duo. I inc. Ἀρχὴ μὲν ἡμῶν ἑορτῶν f. 1. — II inc. Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ f. 7 v. In medio mutilus, foliis avulsis.

(Io. Damasceni) in eandem festivitatem sermones III: I, initio mutilus, inc. ... καὶ συγκαταβατικὴν σάκρωσιν f. 11. — II, etiam initio mutilus, inc. ... ἡνίας ἐπὶ τὴν νύσσαν ἐπανάγων f. 15. — III inc. Πάλιν ἑορτὴ καὶ πάλιν πανήγυρις f. 25.

Photii Patr. CP. in eandem sermo. Inc. Πᾶσα μὲν ἑορτὴ καὶ πᾶσα πανήγυρις f. 32 v.

Leonis Imp. in eandem sermo. Inc. Αὕτη ἡ ἡμέρα Κυρίου· ἀγαλλιασώμεθα f. 39 v. Inscriptio prolixa.

Iacobi Hierosolymorum Episcopi Disquisitio in nativitatem B. V. Inc. Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν f. 44 v. Est Iacobi Protoevangelium.

Procli, Patr. CP. Beatae Virginis Encomium. Inc. Παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον τὴν γλῶτταν f. 53 v.

Alexandri Monachi liber historicus de S. Crucis inventione. Inc. Τὴν κέλευσιν τῆς ὑμετέρας πατρικῆς ὁσιότητος f. 58. Inscriptio prolixa.

Andreae Cretensis in S. Crucis exaltationem sermo. Inc. Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν f. 84.

Io. Chrysostomi S. Crucis vivificae Encomium. Inc. Τί εἴπω ἢ τί λαλήσω f. 94.

Leonis Imp. in S. Crucis Exaltationem. Inc. Πρότερον ἐν ἱερᾷ διαγόντων ἀνθρώπων ἀγαλλιάσει f. 99.

(Auctoris incerti) de S. Crucis inventione et exaltatione liber. Inc. Ἔτους διακοσιοστοῦ τρίτου, ἐγένετο f. 103 v.

Io. Chrysostomi in Elisabeth sterilitatem et Zachariae silentium homilia. Inc. Οὐδὲν τοῖς δεσποτικοῖς ἀνυπότακτον ὅροις f. 110.

(Anonymi) in Ioannis Baptistae conceptionem Encomium. Inc. Εὔκαιρος ἡμέρα· αἰσία ἑορτή f. 113.

Nicephori Blemmidae, monachi et presbyteri, in Ioannem Evangelistam et Theologum Encomium. Inc. Εὐαγγελιστῇ θεολόγῳ προσήκοι ἂν αἶνος εὐαγγελικός f. 120 v.

Oct. — Leonis Imp. in Demetrium τὸν ἀοίδιμον στεφανίτην Encomium. Inc. Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ f. 134.

Nov. — Io. Chrysostomi in Seraphinos sermo. Citantur tantum prima verba, addito monito rubricato: Ζήτει τὸν τοιοῦτον λόγον εἰς τοὺς μαργαρίτας αὐτοῦ f. 141 v.

Michaëlis Syncelli in Archangelos, Angelos, cunctasque coelestes Potestates Encomium. Inc. Τὸν μὲν λόγον ἡ προθυμία κινεῖ f. 141 v.

Pantaleonis, Magnae Ecclesiae Diaconi, de Archangeli (Michaëlis) praestantissimis miraculis narratio. Inc. Μεγάλαι καὶ πολλαὶ καὶ ποικίλαι f. 162 v.

Georgii, Monachi et Magnae Ecclesiae Chartophylacis, Encomia tria: I in S. Deiparam Templo redditam Deoque sacratam, secundum historiam. Inc. Φαιδρὸν τὸ τῆς παρούσης ἑορτῆς f. 199. — II in S. Deiparam quando triennis a parentibus in Templo oblata est. Inc. Καλὰς ἡμῖν ὑποθέσεων ἀρχάς f. 207 v. — III in eandem festivitatem etc. Inc. Αἱ τῶν θείων πανηγύρεων ἐλλάμψεις f. 216 v.

S. Germani Patr. CP. Encomium in S. Deiparam, quando in Sancta Sanctorum ingressa est. Inc. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις f. 224.

Leonis Imp. in eandem festivitatem sermo. Inc. Τίς αὕτη ἡ ἀνατέλλουσα f. 228 v. Inscriptio verbosa. Clauditur sermo senario: Κἀνταῦθα δόξαν τῷ θεῷ προσοιστέον.

Dec. — Io. Chrysostomi in Domini natalem homilia. Inc. Μυστήριον καὶ παράδοξον βλέπω f. 233.

Basilii, Seleuciae Episcopi, in S. Deiparam sermo, deque Christi incarnatione. Inc. Μεγάλας τῶν ἐγκωμίων εὑρήσει τις ἀφορμάς f. 238.

Ian. — Io. Chrysostomi sermo in Sancta Θεοφάνια (seu Christi baptismum). Inc. Πάντες ὑμεῖς ἐν εὐθυμίᾳ σήμερον f. 246 v.

S. Gregorii, Episc. Neocaesariensis, Thaumaturgi, in eandem festivitatem sermo. Inc. Ἄνδρες φιλόχριστοι καὶ φιλόξενοι f. 252 v.

Theodori Daphnopatae in Ioannis Baptistae manum, Antiochia adlatam, ὑπόμνημα sive commentarius. Inc. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπεδήμησε πρόδρομος f. 257.

Cosmae Vestitoris in Chrysostomi reliquiarum restitutionem sermo. Inc. Ἤκουσται πάντως ἡμῖν f. 266 v.

Ioannis Euchaitorum (μητρο)προπολίτου in Sanctos tres orbis terrarum doctores, Basilium Magnum, Gregorium Theologum et Io. Chrysostomum Encomium. Inc. Πάλιν Ἰωάννης ὁ τὴν γλῶσσαν χρυσοῦς f. 273.

Febr. — S. Athanasii Alexandrini in Occursum Domini sermo. Inc. Τὰ τῆς παρούσης ἱερᾶς πανηγύρεως f. 283.

S. Cyrilli Alexandrini in eandem festivitatem sermo. Inc. Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών f. 293.

S. Amphilochii Iconiensis in eandem festivitatem sermo, fine mutilus. Inc. Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων f. 296 v.

16. Membr. in f., saec. XIII, binis scriptus columnis, fol. 265. Olim ex bibliotheca Cardin. Mazarini.

S. Ephraemi Syri (opuscula varia moralia et ascetica):

I. Epistola ad Ioannem monachum, de Patientia etc. Inc. Πολλὰ παραινέσαντες τὸν εὐλαβέστατον Θεόδωρον f. 1.

II. Paraeneses IV ad monachum novitium, de Virtute. i. Inc. Ὁ Κύριος ἐπὶ σωτηρίᾳ f. 3 v. ii. Inc. Προσεκτέον ἀπὸ κακῆς f. 5 v. iii. Inc. Περὶ δὲ ὧν μοι λελάληκας f. 7 v. iv. Inc. Εἶπέ τις τῶν ἁγίων f. 10.

III. De Virtute capita X, praevio prologo. Inc. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην f. 11 v.

IV. Sermo asceticus, capitibus XII constans, in illud: Attende tibi ipsi, praevio prologo. Inc. Ὀφειλέται ἐσμέν, ἀγαπητοί f. 19.

V. Non esse ridendum, neque gloriandum; sed lugendum et plorandum nosmet ipsos. Inc. Ἀρχὴ καταστροφῆς f. 31 v.

VI. Consilia de Vita spirituali ad monachum neophytum, capp. XCIII. Inc. Ἐπῄνεσά σου τὴν πίστιν f. 33 v.

VII. De Vita recta, capp. LXXXIX. Inc. Ὀρθοῦ βίου ὀρέγῃ f. 42 v.

VIII. Beatitudines. Inc. Μακάριος ὃς γέγονεν f. 50. Beatitudines aliae. Inc. Μακάριος ὃς μισήσας f. 51.

IX. Sermones paraenetici XLIX ad monachos. Inc. Δόξα σοι, ὁ Θεός f. 54.

X. Capita C (ascetica, per quaestiones et responsiones). Inc. Πῶς κτᾶταί τις τὴν ταπεινοφροσύνην; f. 111 v. Quaestio LXXVII lacunosa in medio, folio avulso inter f. 123 et 124.

XI. Perfectum esse monachum. Inc. Πέρυσί μοι προσῆλθόν τινες f. 125 v.

XII. De Gratia divina. Inc. Σπεῦδε ἔχειν τὴν θείαν χάριν f. 132 v.

XIII. De Loquacitate et affectibus. Inc. Ἐπαρμέναι εἰσίν f. 135.

XIV. (De Virtutibus et Vitiis). Inscriptio a manu recentissima. Capita XXII. Prologus inc. Μακαρίζω τὴν ὑμῶν ζωήν f. 140 v. Cap. I. De Timore Dei. Inc. Μακάριος ὁ ἄνθρωπος f. 141. Cap. XXII. De Intemperantia. Inc. Ὁ δὲ ἀκρατής f. 147 v.

XV. Reprehensio sui ipsius et confessio. Inc. Ἀδελφοί, συμπαθήσατέ μοι f. 148 v.

XVI. Ad eversionem superbiae. Inc. Ματαία πᾶσα ἄσκησις f. 151.

XVII. Sermo κατανυκτικός, seu de Compunctione animi. Inc. Δεῦτε, ἀγαπητοί f. 154.

XVIII. De Poenitentia. Inc. Καρπὸς πολυφόρος f. 159.

XIX. Sermo asceticus. Inc. Ὁ πόνος τοῦ λέγειν f. 180 v.

XX. Sermo asceticus ad imitationem Proverbiorum. Inc. Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱόν f. 193 v.

XXI. Ad correctionem vitiose degentium et honores appetentium. Inc. Ἀγωνιῶ, ἀδελφοί μου f. 214 v.

XXII. Reprehensio et confessio. Inc. Ἐν πολλοῖς ὑμῖν, ἀδελφοί f. 218 v.

XXIII. De Passionibus. Inc. Θέλω εἰπεῖν ἐνώπιον f. 231.

XXIV. De Compunctione. Inc. Δωτὴρ πάντων ἀγαθῶν f. 235 v.

XXV. Sermo de Compunctione. Inc. Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν f. 238.

XXVI. Alius de eadem. Inc. Κατανύγηθι, ψυχή μου f. 239 v.

XXVII. Sermo paraeneticus. Inc. Πρόσεχε σεαυτῇ, ὦ νεότης f. 241 v.

XXVIII. Sermo tetrasyllabus. Inc. Νικηθεὶς δὲ κατὰ κράτος f. 246.

XXIX. Sermo heptasyllabus. Inc. Εἰδότες οὖν, ἀδελφοί f. 246 v.

XXX. De Timore animi. Inc. Ἐγὼ Ἐφραὶμ ἁμαρτωλός f. 247.

XXXI. Precatio. Inc. Ἥμαρτον εἰς οὐρανόν f. 248 v.

XXXII. Sermo ὑπομνηστικός. Inc. Πᾶσαν ὥραν, f. 249.

XXXIII. Quomodo anima tempore tentationis Deum precari debeat. Inc. Ψυχὴ τεθλιμμένη f. 252.

XXXIV. De Iudicio et Compunctione. Inc. Δεῦτε, πάντες ἀδελφοί f. 254 v.

XXXV. De Beatitudinibus et miseriis. Inc. Μακάριοι οἱ τὸν Θεόν f. 258.

XXXVI. Precatio ad Deum. Inc. Ἴασαί με, Κύριε, f. 259.

XXXVII. Sermo in secundum Christi adventum. Inc. Προσέλθετε καὶ δεῦτε f. 260.

XXXVIII. Sermo de Fide. Inc. Ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ f. 262 v.

17. Chart. in f., saec. XVII, fol. 24. Folio primo, a tergo, index rerum latinus.

S. Athanasii Sermones III:

I. Quod Dionysius Alexandrinus Episc. adversum Arianam haeresin senserit, ut et Nicaena synodus etc. Inc. Βραδέως ἐδήλωσας f. 2.

II. Cur alias scripserit epistolas. Inc. Διονυσίου τοῦ ἐπισκόπου f. 6 v.
III. De Arianorum astutia et hypocrisi etc. Inc. Πάντα μὲν ὅσα ὁ Κύριος f. 12.

18. Membr. in f., duabus columnis, fol. 251. A Theodoro monacho a. 1073 exaratus, et a Theodoro Grammatico, regnante in Bulgaria Callimano Asan, Ioannis Asan filio, a. 1243 pretio comparatus. Littera prima singularum homiliarum grandior eleganter depicta; maiusculae minores rubro colore. — Folio praevio fragmentum inest, initio ac fine mutilum, commentarii, ut videtur, in Pauli epistolam ad Romanos, prima pagina aevi iniuria fere obliterata.

Index λόγων ξθ′ S. Basilii cinnabari descriptus f. 1.

Georgii Monachi in Basilii Magni opera senarii X, pariter cinnabari descripti. Inc. Ἄλλος μὲν ἄλλα συλλέγει καὶ συνέχει || χρυσόν· λίθους· μάργαρον· ἔσθη ποικίλα· || ἐγὼ δὲ τοὺς σοὺς ὡς μέγα (sic) πλοῦτον λόγους· || μέγιστε Βασίλειε, θαῦμα τῶν λόγων. Exeunt in versum: Γεώργιος σὸς ἐν μοναστοῖς οἰκέτης f. 2 v. Excipit senarios aenigma iambis decem constans, alia manu festinanter nigris litteris scriptum. Inc. Γυνὴ ζύμι (ζύμη) βέλτιστε καὶ σάτα τρία.

(S. Basilii M. Homiliae et Epistolae variae):

Homiliae in Psalmos: I f. 3, VII f. 14, XIV f. 25 v. et 33, XXVIII f. 41 et 54, XXIX f. 59, XXXII f. 67, XXXIII f. 79 v., XXXVII f. 99, XLIV f. 108, XLV f. 121 v., XLVIII f. 129 v., LIX f. 143 v., LXI f. 148 v., CXIV f. 155, CXV f. 161, CXXXII f. 166 v.

Homiliae aliae:

I. Contra Sabellianos, Arianos et Anomoeos f. 168 v. — II. Non enunciandum, Tres esse Deos f. 177. — III. Deum esse incomprehensibilem f. 180 v. — IV. In illud Evangelii: De die illo et hora nemo scit, nisi Pater meus f. 207. — V. Episcopos non esse pecuniae causa ordinandos f. 210 v. — VI. In S. Pascha f. 211.

Epistolae (quarum plures homiliis commixtas in sedem suam reponimus): Ad Epiphanium ἀνεπίγραφοι II f. 268. — Ad Occidentis Episcopos epp. III f. 186 v., 188, 191 v. — Sozopoli agentibus f. 194 v. — Ad Amphilochium epp. III f. 197, 234, 243 v. — Ad Chilonem discipulum f. 199 v. — De non iureiurando f. 206. — Ad Canonicas f. 207 v. — Ad Olympium, qui eum donis honestaverat f. 213. — Ad Gregorium, de vita in solitudine degenda f. 213 v. — Ad Episcopum ad Synodum vocatum, nec obedientem etc. f. 219. — Ad calligraphum στρεβλοστιχοῦντα f. 219 v. — Ad Nectarium consolatoria de filio amisso f. 220. — Ad eiusdem coniugem consolatoria f. 221 v. — Basilii et Libanii epistolae ἀμοιβαῖαι XXI f. 223. — De perfectione vitae monasticae f. 231. — Ad Antipatrum Praefectum f. 235 v. —

Antipatri epistola ad Basilium f. 251. — Ad Athanasium Alexandr. epp. V f. 236, 236 v., 238, 238 v. 239 v. — Ad Athanasium, patrem Athanasii Episcopi (Ancyrani) f. 242. — Ad Ambrosium, Episc. Mediol. f. 243.

Fragmentum Epistolae anonymi ad monacham quamdam, alia manu saec. XIII scriptae. Mendis omnimodis scatet. Inc. Καλογραῖά μου, ἄρτι ηὗρον γραμματοβιβλιοκομιστὴν οἷον ἐβουλόμην f. 251 v.

Subscriptio librarii f. 251: ἐτελειώθη ἡ δέλτος αὕτη σὺν τῇ ἑτέρα ταύτης δευτέρα βίβλω διὰ χειρὸς θεοδώρου ἀ(μοναχοῦ) μην(ὶ) φεβρ(αρίω) ιγ ἰνδ(ικτιῶνος) ια ἔτους ,ςφπα (a. 1073). Subscriptionem excipiunt sequentia, alia manu saec. XIII properanter exarata: † φέρει (pro φέρε) γαλατας (sine accentu) τῇ μονῇ τοῦ προδρόμου τὴν βίβλον ταύτην ψυχικῆς σωτηρίας †.

Subscriptio possessoris f. 251 v.: † ἠγοράσθη ἡ παροῦσα (sic) βίβλος διὰ θεοδώρου γραμματ(ικ)οῦ μετὰ τὴν ἐπιδρομὴν τῶν ἀθέων ταρτάρων, βασιλεύωντος (sic) ἐν τῇ βουλγαρία καλλιμάνου τοῦ ασαν (sic) υἱοῦ ἰω(άννου) τοῦ ασαν εἰς ὑπέρπερα (solito compendio, omisso numero) ἐνέτη (ἐν ἔτει) ,ςψνα (a. 1243) ἰνδικτιῶνος (cod. N) α'. καὶ οἱ ἀναγϋνώσκοντες (sic) εὔχεσμοι (l. εὔχεσθέ μοι) τῶ ἁμαρτωλῶ. ὅπως εὐχαῖς ὑμῶν ῥυσθῶ τῆς αἰωνίου κολάσεως. Sunt et alia in fine codicis nullius momenti.

19. Membr. in f., saec. XI, fine mutilus; binis scriptus columnis usque ad f. 230; fol. 239. Littera prima, in singulis orationibus, venuste depicta; ceterae initiales aureae partim, partim rubrae.

Gregorii Theologi Orationes XVI priores, alia serie quam in edd.: I. In S. Pascha et in Tarditatem f. 1. — II. In Pascha f. 3. — III. In novam Dominicam, et in Mamantem martyrem f. 21. — IV. In Pentecosten f. 26 v. — V. In Maccabaeos f. 36 v. — VI. In S. Cyprianum etc. f. 45. — VII. In Verba et in Iulianum Exaequatorem etc. f. 55. — VIII. In Christi natalem f. 63. — IX. In Basilium M. oratio funebris f. 72 v. — X. In Athanasium Alexandrinum f. 119. — XI. In Θεοφάνια, seu Christi natalem f. 137. — XII. In sanctum Φώτισμα, seu Baptismum f. 147 v. Excisum ornamentum inscriptioni praefixum, ut et in oratione sequenti. — XIII. In S. Gregorium Nyssenum, Basilii fratrem f. 175. — XIV. Ad CL episcoporum coetum (valedictoria oratio) f. 179. — XV. De amore pauperum f. 194 v. Margines foliorum 216–217 excisi. — XVI. In patrem silentem ob grandinis plagam f. 217.

(Nonni Abbatis) Collectio et interpretatio historiarum (graecarum), quarum meminit (Gregorius Nazianzenus) in oratione de Sacris luminibus f. 230. Historiae sunt numero XXIV. Omittitur hic et infra auctoris nomen. — (Eiusdem) Collectio et interpretatio historiarum, quas refert Gregorius in Laudatione funebri Basilii f. 235. Fine mutila interpretatio clauditur Historia XX de Mausolo Care, et quidem verbis: γράφεται δὲ καὶ ὁ Καρικὸς τάφος, ἵν' ᾖ κτητικός...

20. Membr. in f., binis columnis, saec. XI, fol. 276. Inscriptiones omnes venustissimae, et eleganter depicta prima littera in singulis orationibus; aureae initiales omnes, quibus capita inter se distinguuntur.

S. Gregorii Theologi Orationes XVI: I. In S. Pascha et in Tarditatem f. 1. — II. In S. Pascha f. 3 v. — III. In novam Dominicam f. 23. — IV. In Pentecosten f. 29 v. Fine mutila exit in verba: τῶν καιρῶν πρεσβυτέραν· εἰ δέ τις ταύτην ... — V. In Maccabaeos f. 40. Pauca a fine supersunt. Inc.... τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἢ δοξασθῆναι. — VI. In Cyprianum etc. f. 40 v. — VII. In Verba et in (Iulianum) Exaequatorem f. 52. — VIII. In Christi natalem etc. f. 61 v. — IX. In Basilium Caesariensem laudatio funebris f. 71 v. — X. In Sancta Lumina, cum scholiis aliquot in margine, manu recentiore scriptis, f. 124. — XI. In S. Baptismum f. 135 v. — XII. In Gregorium, Basilii fratrem etc. f. 167. — XIII. In S. Athanasium laudatio funebris f. 171 v. — XIV. Ad CL Episcoporum coetum (valedictoria oratio) f. 193. — XV. De amore pauperum f. 210 v. — XVI. In suum ipsius patrem et in grandinis plagam f. 236 v. Inter hanc orationem et sequentem Basilii plura folia avulsa. Superest tantum finis orationis cuiusdam. Inc..... γνοῦντες· ἐφαίνετο γὰρ ὥσπερ φῶς f. 252. Des. καὶ μεταμορφούμενοι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν· ὅτι αὐτῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

S. Basilii Orationes III: — I in Sancta Lumina f. 252. II et III de Ieiunio f. 263 v. 270. Tertia fine mutila.

21. Chart. in f. saec. XVI, fol. 286. Olim Burdeloti.

Symeonis Theologi, Presbyteri et Abbatis monasterii S. Mamantis in Xylocerco, (Quaestionum theologicarum) libri II, praevio indice in utrumque. Lib. I constat λόγοις XXIII; II λόγ. XXXIII. Inscriptiones sunt omnes, argumentorum instar, admodum verbosae. Lib. I, λόγος I: De Adami peccato, et quomodo ex eodem factus sit homo corruptibilis et mortalis etc. Inc. Ἄνθρωπος ὁ πρῶτος f. 7. Λόγ. XXIII: De partecipatione Spiritus Sancti etc. Inc. Ὥσπερ ἡ λυχνία f. 96. — Libro II praemittuntur senarii XXXI, qui inc. Ὃς ἂν ἐνίδῃς τῆς γραφῆς τῇ τῆς βίβλου f. 104. Λόγ. I inscribitur: Quomodo homo e paradiso eiectus veritatem amiserit, quae est Dei Verbum etc. Inc. Ὁ Ἀδὰμ τῷ ψευσαμένῳ f. 108. Ultimus: De poenitentia etc. Inc. Καλὸν ἡ μετάνοια f. 272.

22. Bombyc. in f. ab Agathone monacho a. 1337 exaratus; fol. 217, quorum ultima imprimis madore deturpata.

Anastasii monachi Montis Sina homilia in introitum (παρείσβασιν) ieiuniorum, et in sextum Psalmum: Domine, ne in furore tuo arguas me. Inc. Πρέπουσαν τῆς τῶν νηστειῶν ἀρχῆς f. 1.

(Ioannis Climaci Scala paradisi) f. 19. Inscriptio prolixa, minio depicta, sic se habet: « Abbatis Ioannis eximii sane monachi montis sacri Sina, cognomento Scholastici, liber asceticus Φωτισμὸς nuncupatus, quem ad Ioannem Abbatem Rhaithuensem, ab ipso rogatus, misit ». — Scalae praemittuntur: Index in XXX λόγους, qui dicuntur etiam βαθμοί vel ἀναβάσεις, sive gradus, quibus ad coelum adscenditur f. 17. II. Epistola Ioannis Rhaitheni ad Ioannem Sinaitam f. 18. III. Epistola Ioannis Sinaitae ad Ioannem Rhaithenum f. 19. IV. Prologus Scalae (τὸν λόγου, οὗ ἡ ἐπωνυμία πλάκες πνευματικαί .·. κλῖμαξ θείων ἀναβάσεων) f. 20 v. V. Vita Ioannis Sinaitae a Daniele monacho per compendium conscripta f. 21. Gradus primus inscribitur: Περὶ τῆς ματαίου βίου φυγῆς καὶ ἀναχωρήσεως f. 25. Ultimus, seu XXX: Περὶ τῆς (sic) συνδέσμου τῆς ἐναρέτου Τριάδος ἐν ἀρεταῖς etc. Clauditur Scala Epilogo ad Pastorem τῶν λογικῶν θρεμμάτων f. 201 v.

Subscriptio librarii minio depicta f. 216 v.: ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τάχα καὶ μοναχοῦ ἀγάθωνος, ἐν ἔτει ͵ϛωμε (a. 1337) ἰνδικτιῶνος πέμπτης· καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες, εὔχεσθέ μοι διὰ τὸν κύριον, ὅπως ἵλεώς μοι γένηται ὁ κύριος ἐν τῆ ἡμέρα τῆς κρίσεως: † — Infra, nigris litteris, ab alia manu eiusdem aetatis: ἐκοιμήθη ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ γεώργιος ὁ ἀγαπητός· ὁ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθεὶς γέρασιμος μοναχός· μηνὶ μαΐω α^{η} Ν̃ (ἰνδικτιῶνος) ε^{ης} ἔτους ͵ϛωμε. Et folio sequenti (217): ἐκοιμήθη ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ νικήφορος ὁ ἀμινσέλης· ὁ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθεὶς νίφων μοναχὸς· μηνὶ νοεμβρίω α^{ην} ἰνδ. ϛ^{ην} ἔτος ͵ϛωμϛ (a. 1338).

23. Chart. in f. a Callisto monacho magnam partem a. 1523 exaratus, ab alio, ut ex scriptura prorsus diversa apparet, eadem aetate absolutus; fol. 269. Folio ultimo, nullo signato numero, adnotatio legitur lingua arabica, sic infra latine interpretata: *Hic est liber S. Isaac de uita solitaria emptus tercentum et septuaginta.* — Aquis paululum deturpatus codex, incolumi tamen scriptura.

S. Isaaci Syri, Episcopi urbis Ninives, sermones ascetici (XCVIII), interpretati (i. e. e syriaco in graecum sermonem translati) a sanctis PP. Abramio et Isaacio philosophis et hesychastis, in Laura S. Sabbae. Pro altero interprete Isaacio legitur Patricius in aliis codicibus. Vide Assemann. Bibl. Orient. I, p. 446, et Fabric. Bibl. Gr. XI, p. 120 ed. Harl. — Sermo primus: De renunciatione et vita monastica. Inc. Ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ, ἀρχὴ ἀρετῆς f. 1. Serm. XII, qui legitur f. 30 v., repetitur f. 167. Sermo ultimus XCVIII inscribitur: Epistola magna ad Abbatem Symeonem Caesariensem (τὸν ἀπὸ Καισαρείας). Inc. Ἡ ἐπιστολή σου, ὦ ἅγιε, οὐχὶ λόγους ἐγκεχαραγμένους ἔχει ἐν αὐτῇ. — Ad Sermones XCVIII, qui, non interrupta numerorum serie, sese excipiunt, alii accedunt numeris insigniti ζ′, ιε′,

κδ', νγ', ex quibus septimus: De dilectione Dei, καὶ περὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἀναπαύσεως. Inc. Ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα f. 161. Decimus quintus: Quomodo servetur decus monasticae vitae, et de Doxologia Dei. Inc. Δεῖ τὸν μοναχὸν εἶναι f. 166 v. Vigesimus quartus: De disciplina Novitiorum (ἀρχαρίων). Inc. Αὕτη ἐστὶν ἡ τάξις ἡ σώφρων f. 167 v. Quinquagesimus tertius inscribitur: Κεφάλαια μικρὰ ἐν οἷς ὑπάρχουσι νόες παρηλλαγμένοι etc. Inc. Ἄνθρωπος ζηλωτὴς οὐδέποτε φθάνει τὴν εἰρήνην τῆς διανοίας f. 169.

Nicetae, monachi et presbyteri monasterii Studiensis, cognomento Stethati, scripta III:

I. Libellus per quaestiones et responsiones. Inc. Τίς ὁ σκοπὸς τῆς τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν κόσμῳ ἀποταγῆς f. 172.

II. (De quatuor causis in triade perfecta virtutum). Inc. Τέσσαρας οἶμαι τὰς αἰτίας εἶναι f. 172 v.

III. (Centuriae III Capitum asceticorum). Cent. I inscribitur: Πρώτη κεφαλαίων πρακτικῶν ἑκατοντάς. Cap. I inc. Ἀρχὴ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου f. 173. Cap. C inc. Ὥσπερ ἀδύνατον ἐλαίου καὶ πυρὸς ἄνευ. Cent. II f. 186 v. inscribitur: Δευτέρα φυσικῶν κεφαλαίων ἑκατοντάς. Cap. I inc. Ἀρχὴ μὲν ἀγάπης Θεοῦ f. 186 v. Cap. C inc. Ἡ μετὰ τὴν λύσιν τοῦ σώματος f. 202. Cent. III inscribitur: Τρίτη γνωστικῶν κεφαλαίων ἑκατοντάς. Cap. I inc. Νοῦς ἀπαθής ἐστιν ὁ Θεός f. 202 v. Cap. C inc. Θεὸς ἡ μονὰς καὶ τριάς f. 218 v. Clauditur subscriptione: τέλος τῶν τριακοσίων κεφαλαίων νικήτα μοναχοῦ etc.

Basilii Maleïni, monachi, presbyteri et Abbatis S. Laurae, liber de Institutione ascetica. Inc. Πᾶς τύπος ἀσκητικός f. 219.

Ex Symeone iuniori theologo (vulgo Metaphrasta?). Fragmenta sunt ethica III: I inc. Ὥσπερ ὁ διηνεκῶς ἀτενίζων τῷ αἰσθητῷ ἡλίῳ. II inc. Τρία εἰσὶν ἐν οἷς ἁμαρτάνουσιν οἱ ἄνθρωποι. III inc. Ὅσοις ἔτι ἡ διάνοια ἀνίατος f. 221-221 v. — Eiusdem carmen iambicum. Inc. Οἱ μὴ ἔχοντες πνεῦμα τὸ θεῖον f. 221 v.

Nicolai ad Marcum ascetam responsio (cod. ἀντίγραφον). Inc. Χάρις τῷ Θεῷ, χάρις· χάρις τῇ ἀνυπερβλήτῳ f. 222.

Marci (ascetica opuscula III). — I: De Paradiso et de lege spirituali. Inc. Ὥσπερ ἐκ τῶν φανερῶν ἔργων f. 222 v. II: Ad scholasticum ἀντιβολή. Inc. Ἠρώτησέ τις τῶν ἐλλογίμων δικανικός f. 225. III: De Temperantia et humilitate. Inc. Προσήκει τοὺς ἀσκοῦντας f. 233 v. Clauditur senariis VII in Marci opuscula. Inc. Εἰ σώματος τήρησιν εὑρεῖν, ὦ ξένε, || (καὶ) ψυχικὴν κάθαρσιν ὡς θέμις θέλεις.

S. Nili, de Oratione. Inc. Προσκαρτερεῖν μὲν γὰρ καλὸν τῇ προσευχῇ f. 235.

Evagrii τοῦ ἐν σκήτει, sive monachi Scitensis, (Capita ascetica LXXII ad Anatolium), praevio prologo. Prologus inc. Ἐπειδή μοι πρώην δεδήλωκας f. 236 v. Cap. I inc. Χριστιανισμός ἐστι δόγμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ f. 236 v. A capite XLIV exordiuntur θεωρήματα πρακτικά. Ultimum, sive οβ', inc. Οὐκ ἂν ἴδοι ὁ νοῦς τὸν τοῦ Θεοῦ τύπον.

Beati Ioannis Carpathii Capita (ascetica) CXVII. I inc. Καλὰ ἐξ ἀγαθῶν τὰ πάντα γεγόνασι f. 242 v. Ultimum inc. Χριστιανισμός ἐστι δόγμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Prima quidem verba cum illis Evagrii (v. supra) congruunt, sequentia vero prorsus discrepant. — Eiusdem: Ad monachos in India, qui hoc ab eo flagitaverunt, (consolatio), praevio prologo qui inc. Τοῖς ἐπὶ γῆς βασιλεύουσιν ἐαρινὰ ἄνθη f. 251. Prologum excipiunt capita XLIX, cum initio quinquagesimi. — Sequitur alius tractatulus, qui a medio capite XVI in codice exorditur: ... καλῶς· ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τὸ σὲ ταράττεσθαι f. 258.

(S. Nili Enchiridion Epicteti, in usum Christianorum), fine mutilum. Inscribitur: Ὑποθῆκαι, ἃς ὑπόθεσιν ἑαυτοῖς γεγράφασι σπουδαῖοί τινες καὶ ὠνόμασαν ἐγχειρίδιον, διὰ κεφαλαίων (ο) β'. Inc. Τῶν μὲν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν f. 263 v. Des. πάντως που καὶ τὰ κακά, ἅπερ ἡμῖν ἐπήγαγεν...

Subscriptionem librarii, verbosam admodum omnigenisque scatentem mendis, olim in cauda codicis, nunc in fronte, bibliopegi inscitia, positam, pudet nos integram referre. Eccam paucis: ἐπόνησά σου τὴν εἰεράν (ἱερὰν) βήβλον ὠ θηε (ὦ θεῖε) κ..περ...κάλλϊστος ἀ (ὁ?) μονα(χὸς) ἔτους ͵ζλα (a. 1523) μηνή ειανουάρήο εἰγουμενου θεονα τοῦ πάνη (μηνὶ ἰανουαρίῳ, ἡγουμένου Θεόνα τοῦ πάνυ). ἐν τι ἁγια αναστα... εν το ειερό κηνοβήο: του τρησολβ(ίου) καὶ οσιὁμάρτϊρος πρς ειμων τοῦ επικληθέντος (σ)αβα etc. Litterae plurimae in ora marginis a bibliopego excisae sunt.

24. Membr. in f. saec. XI, fol. 206. Inscriptiones omnes aureis depictae litteris. Folio 1 inest rerum index, ex quo patet fuisse olim in codice Gregorii N. sermones unum et quinquagenos, ex quibus sexdecim tantum nunc in eo supersunt. Clauditur index, cuius primae litterae, una cum capitum numeris, auro fulgent, signorum explicatione, quae in codice occurrunt.

Gregorii Theologi Orationes XVI priores, anonymi scholiis in IX primas instructae, quibus referciuntur margines omnes. Prima littera, in singulis homiliis, elegantissime depicta; ceterae minores cinnabari. Homiliae inter se lineis variegatis venustissimis distinguuntur: I. In Pascha et in Tarditatem. Scholia inc. Φαίνεται οὗτος ὁ λόγος πρὸ τοῦ μεγάλου ἀπολογητικοῦ εἰρημένος f. 3. — II. In Pascha f. 5. — III. In Novam Dominicam f. 21 v. — IV. In Pentecosten f. 27. — V. In Maccabaeos f. 36. — VI. In Cyprianum etc. f. 43 v. — VII. In Verba et in Exaequatorem Iulianum f. 52 v. Scholia rariora, nonnullis alia manu colore herbaceo additis. — VIII. In (Christi) natalem, cum scholiis rarioribus, quorum aliquot manu recentiore suppleta f. 60 v. — IX. In Basilium M. oratio funebris f. 68 v. Scholia, manu recentiore scripta; desunt in fine, ut in reliquis oratt. — X. In Lumina f. 110 v. — XI. In Baptismum f. 119 v. — XII. In Gregorium, Basilii fratrem etc. f. 144. — XIII. In

Athanasium f. 147 v. — XIV. Valedictoria in CL episcoporum conspectu f. 163 v. — XV. De pauperum amore f. 177. — XVI. In grandinis calamitatem etc. f. 195 v. Sequuntur nonnulla, minutissimis scripta litteris, usu detritis et lectu difficillimis.

25. Membr. in f. min. saec. XI, etsi antiquior videtur, binis scriptus columnis; fol. 277, quorum ultima aquis deturpata, et duo priora bis numero 1 signata.

Symeonis iunioris, presbyteri et monasterii S. Mamantis Abbatis, sermones theologici III: — I: Κατὰ τῶν τιθεμένων τὸ πρῶτον ἐπὶ τοῦ Πατρός. Inc. Τὸ περὶ τοῦ Θεοῦ λέγειν, ἢ φθέγγεσθαι f. 1. II: Κατὰ τῶν ἐπιχειρούντων θεολογεῖν ἄνευ Πνεύματος. Inc. Ὁ ἄνωθεν εἰληφὼς τὴν (cod. τὴ) τοῦ Θεοῦ αἴνεσιν ἐν τῶι στόματι f. 11. III: Ὅτι εἴ τι ὁ Πατὴρ τοῦτο καὶ Υἱός etc. Inc. Ἀεὶ μὲν ὁ Θεός f. 20.

Eiusdem Sermones Ethici XIII, praevio indice in II priores. Inscriptiones admodum prolixae: — Sermo I constat capitibus XII, quorum I: De Mundi opificio et Adami creatione, physiologia peculiaris. Inc. Ἃ μὲν οὖν ἀπολογήσασθαι f. 27 v. Scholium in margine manu vetusta. Cap. XII: Non scrutanda esse regni coelorum arcana mysteria etc. Inc. Τοιγαροῦν ἐάσωμεν τὰς ματαίας καὶ ἀνωφελεῖς συζητήσεις f. 63 v. — Sermo II, cap. I: Adhortatio ad poenitentiam etc. Inc. Πολλοὺς ἀκήκοα λέγοντας f. 77. Cap. VII et ultimum: Novum esse mundum Christi Ecclesiam etc. Inc. Πάλιν μὲν οὖν νέας μερίδος. — S. III, initio mutilus. Inc.... ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία f. 106. — S. IV: De Apathia etc. Inc. Ὥσπερ ὁ τῶι λαμπροτάτωι ἡλίωι f. 124 v. — S. V: De illis qui Spiritum Sanctum in se habere autumant etc. Inc. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἐγώ f. 151. — S. VI: De Apathia etc. Inc. Πολλοῖς τοῖς ἐν κόσμωι f. 167 v. — S. VII: Quales Dei servi etc. Inc. Ἐπειδήπερ ὅσον ἀπὸ τοῦ θείου f. 182. — S. VIII: De dilectione Dei et de fide etc. Inc. Εἰ δοκεῖ τοίνυν, ἀκούσωμεν f. 199 v. — S. IX: De vera gnosi etc. Inc. Νῦν ἀκαίρως καλὸν εἰπεῖν f. 206. — S. X: De tremendo Domini die etc. Inc. Πολὺς ἡμῖν, ἀγαπητοί f. 219. — S. XI: De vivifica Iesu morte etc. Inc. Τὰ τῆς ζωοποιοῦ νεκρώσεως f. 246. — S. XII: In Apostoli dictum: Redimentes tempus etc. (Ephes. V, 16). Inc. Οὐδὲν οὕτως ἕτερον f. 268. — S. XIII: In Apostoli dictum: Primus homo de terra terrenus etc. (I Cor. XV, 47). Inc. Καλῶς ἡμᾶς ἑστιάσας f. 275; fine mutilus.

26. Membr. in f. min. saec. XII; fol. 245, quorum duo priora ab alia manu eiusdem aetatis.

(Fragmentum Menaeorum Mens. Iun.) mendosissimum. Incipit ab Oda V Canonis cuiusdam: ᾠδὴ ε̅ πρὸς τό· ὀρθρίζοντες: Νενεκρωμένην etc. f. 1. Oda IX, seu ultima inc. Γενόμενος ἐκ προφητικῆς (sic) ἐκφαντορίας, iuxta

hirmum: πανύμνητε, τῶν οὐρανῶν f. 1 v. — Sequuntur I: Στιχηρά, fine mutila, in S. Tychonem Thaumaturgum f. 1 v. II: Canon in martyrem aliquem, tribus odis prioribus et quintae initio mutilatus f. 2. Clauditur demum fragmentum Sticheris in S. Fortunatum f. 2 v.

(Basilii M. Homiliae II-XXXVIII), alio ordine quam in editis. — II: In Gordium martyrem, initio mutila. Inc.... εὔφορος καὶ βοσκήματα f. 3. — III: In Christi natalem f. 8 v. — IV: Exhortatio ad Baptismum f. 17 v. — V, VI: De Ieiunio f. 22 v., 30. — VII: Adversus ebriosos f. 35 v. — VIII: De ira etc. f. 42. — IX: De invidia f. 48 v. — X: De gratiarum actione f. 54. — XI: In Iulittam martyrem f. 60 v. — XII: In XL Martyres Sebastae f. 69. — XIII: In S. Barlaamum encomium f. 75. — XIV-XXVIII in Psalmos: VII (f. 77), XIV (f. 85 v. et 90), XXVIII (f. 95 v.), XXIX (f. 104), XXXII (f. 110 v.), XXXIII (f. 119 v.), XXXVII (f. 133 v.), XLIV (f. 141), XLV (f. 151 v.), XLVIII (f. 157 v.), LIX (f. 167 v.), LXI (f. 171), CXIV (f. 176), CXV (f. 180). — XXIX: Deum non esse malorum auctorem f. 184 v. — XXX: In illud: Attende tibi f. 193 v. — XXXI: In Lucae Evangelii dictum adversus avaritiam f. 200 v. — XXXII: Ad divites f. 206 v. — XXXIII: Rebus terrenis non esse adhaerendum f. 215. — XXXIV: Ad adolescentes, de gentilium libris cum fructu legendis f. 224. — XXXV: Ad virginem lapsam f. 233. — XXXVI: De fide f. 237 v. — XXXVII: In S. Mamantem f. 240 v. — XXXVIII: De Spiritu Sancto f. 244.

27. Membr. in 4, saec. X, binis columnis; fol. 209, quorum duo priora et ultima chartac. saec. XIII. Inscriptiones in fronte et in fine orationum litteris aureis depictae, ut et numeri in marginibus. Aureae etiam maiusculae omnes. Orationes inter se venustis terminis distinctae.

Gregorii Theologi Orationes II-XVI: Prima in Pascha et in Tarditatem deest, foliis plurimis avulsis. Folia duo chartacea, membranaceis temere praemissa, homiliam praebent in Christi natalem, initio ac fine mutilam, quae integra in codice nostro membranaceo, octavam obtinet sedem, ut in codicibus plerisque (v. f. 53 v.). — II: In Pascha, initio mutila. Inc.... ἐπεὶ καὶ ἐν αὐτῶι τῶι ὄρει f. 3. — III: In novam Dominicam f. 13 v. — IV: In Pentecosten f. 19. — V: In Maccabaeos f. 28. — VI: In Cyprianum martyrem etc. f. 36. — VII: In Verba et in Exaequatorem f. 45 v. — VIII: In Christi natalem f. 53 v. — IX: In Basilium M. oratio funebris f. 62 v. — X: In Sancta Lumina f. 109 v. — XI: In Baptismum f. 120 v. — XII: In Gregorium, Basilii fratrem etc. f. 145. — XIII: In Athanasium f. 149. — XIV: Ad CL Episcoporum coetum valedictoria f. 166 v. — XV: De amore pauperum f. 182. — XVI: In patrem silentem ob grandinis calamitatem, initio mutila, f. 201.

28. Bombyc. in f. peritissima manu a. 1442 exaratus; fol. 355, quorum 1-5 alia manu eiusdem aetatis.

THEOPHYLACTI, Bulgariae Archiepiscopi, Commentaria variorum in IV Evangelistas, in compendium coacta. Verba Evangeliorum ab illis commentariorum marginibus amplioribus discernuntur. Argumenta in ima pagina litteris descripta rubris. Commentariis praemittuntur: I SYNAXARIUM IV Evangeliorum, seu Lectionarium a prima Paschatis Hebdomada, ad Dominicam usque omnium Sanctorum, κιονηδόν dispositum. II MENOLOGIUM Evangelia complectens solemnitatum Dominicarum, et Sanctorum aliquot, a Septembre ad Augustum. III Capita IV Evangeliorum f. 1-4 v.

Commentarius incerti auctoris in Matthaeum. Inc. Οἱ μὲν πρὸ τοῦ νόμου ἐκεῖνοι θεῖοι ἄνδρες f. 5. Habentur scholia passim in margine. Lacuna inter f. 5 et 7. — In Marcum. Inc. Τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον f. 85. Praemittuntur Index et Hypothesis. — In Lucam. Inc. Λουκᾶς ὁ θεῖος Ἀντιοχεὺς μὲν ἦν f. 128. Praeunt Index et Hypothesis. — In Ioannem. Inc. Ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται f. 233. Praeeunt: I Interpretatio vocum hebraicarum, litteris plerisque obliteratis. II Hypothesis synoptica. III Πίναξ, qui tribus clauditur hexametris in Ioannem: Βρονταῖος (cod. βροντίεις) θεόφωνος Ἰωάννης πανάριστος || πρωτοτόκου σοφίης ὑπεράρχιον εὔρατο ἀρχήν, || πρωτοφανῆ γενετῆρα Θεὸν (τὸν) αὐτογένεθλον.

Subscriptio in fine codicis: ͵αυμβ΄. ἀπριλλ(ίῳ) ιδ. Alia quidem manu, sed eiusdem aetatis.

29. Membr. in 4, saec. X, fol. 177, quorum aliquot mucore foedata. Venustissime scriptus, litteris sinistrorsum vergentibus, eadem manu, quae sibi a primo ad ultimum folium miro modo constat. Litteras plurimas in extremis marginum oris scriptas excidit bibliopegus. Folio praevio leguntur haec: *DN. IO. HENRICO BOECLERO | VIRO CLARISSIMO, | Quia uenustissimam Orationem | qua Soceri mei desideratissimi, | MATTHIAE BERNEGGERI, | suprema atque memoriam decorauit, | precio nummario aestimari, | suae | in Defunctum | in Superstites, | amicitiae iniuriam arbitrabatur: | LIBRVM HVNC | ACTA APOSTOLORVM | cum parte | PAVLINARVM EPISTOLARVM | uetustissima manu | diligenter exarata continentem, | Nomine Viduae | liberorumque Berneggerianorum, animi grati testimonium | amice obtulit | J. Freinshemius. | Argentorati, Mense Iunio | Anni Christiani MDCXL.* — In imo margine folii 1 habentur sequentia, manu prioris possessoris scripta: *Viro clarissimo, Dn. Matthiae Bernechero* (sic), *Historiarum | et Politices in academia Argentoratensium Professori celeberrimo, in amicitiae nuperrimè | contractae, ac perpetim conti-*

nuandae | testimonium hunc librum dddt 5 Jun. Anno 1626 | M. Samuel Gerlach | Specialis et Pastor p. t. Thermiferinus. — Hic Berneggeri codex a Boeclero, qui ex eo Prologum Euthalii in Pauli epistolas integrum primus in sua Novi Testamenti editione vulgavit, Reginae Sueciae oblatus est. V. Fabr. *B. G.* T. IX, p. 288, ed. Harl.

(Novi Testamenti pars altera, secundum Euthalii, Sulcensis episcopi, recensionem). Vid. cod. 179, qui nostro multo est absolutior.

Lucae Evangelistae Acta Apostolorum f. 1. Fol. 52 scholion in cap. XXII, 9 sqq. legitur in margine, inscriptum: Λέοντος βασιλέως ἡ φιλολογία. Inc. Οὐκ εἰς ἐναντιό(τη)τα τῶι Παύλωι καθίσταται φθεγγομ(έ)νωι Λουκᾶς. Litterae uncinis inclusae bibliopegi culpa perierunt. Omissus est in extremo libro stichorum numerus. — Epistolae catholicae: Iacobi f. 67 v. In clausula: στίχοι σμβ. — Petri α f. 74, in fine: στίχοι σλϛ; β f. 80 v. omisso stichorum numero. — Ioannis α f. 85, στίχοι σοδ; β f. 91 v., στίχοι λ; γ f. 92 v. στίχοι λβ. — Iudae f. 94, στίχοι ξη. — Prologus in Pauli epistolas. Inc. Τὸ φιλομαθὲς καὶ σπουδαῖον ἀγάμενος τῆς σῆς ἀγάπης f. 96. In fine: Στίχ. τ. — Martyrium Pauli. Inc. Ἐπὶ Νέρωνος τοῦ καίσαρος Ῥωμαίων f. 106. — Pauli Epist. ad Romanos f. 106 v. στίχ. ψκ. In margine folii 125 legitur inscriptio: Λέοντος βασιλέως τὸ σπουδαιολόγημα ἐν Χριστῷ τῷ αἰωνίῳ βασιλεῖ, quae verba ad scholion spectant quo huius paginae margines implentur. — Ad Corinthios α f. 131 v. In fine, στίχ. ωο. Iterum in margine folii 138 v. aliud scholion inscriptum: Λέοντος ἐν Χριστῷ βασιλέως ἡ φιλολογία. Inc. Τὴν ἀκρασίαν φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος; β f. 155 v. στίχ. φϛ. — Ad Galatas f. 169, στίχ. ϲϛγ. — Ad Ephesios f. 177 v. Fine mutila, des. ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα . . . (c. I, 10).

30. Membr. in 4, saec. XI, initio mutilus, igne adustus, incolumi tamen scriptura; fol. 167, quorum ultima (152 v.-167) alia manu eiusdem aetatis, festinante calamo, scripta. Inscriptiones omnes litteris nigris minusculis exaratae. Oxytona, ut in veteribus codicibus, ante punctum accentu signantur acuto. Olim Burdeloti.

(Dionysii Areopagitae scripta V et epistolae, cum scholiis):

I. De coelesti Hierarchia, capp. VII-XV. Septimum, initio mutilum, inc. . . . κεῖ φάναι τοσοῦτον κατὰ τὸν παρόντα καιρόν f. 1.

II. De ecclesiastica Hierarchia ad Timotheum episc., capp. VII, f. 21. — Praefiguntur: i Epigramma. Inc. Σύμβολα θεσπεσίων ἱερῶν ἑνοειδέι μύθωι. ii Index capitum.

III. De divinis nominibus, capp. XIII, f. 69. — Praemittuntur: i Epigramma. Inc. Εἰς νόον αἰγλήεντα θεόγραφα χείλεα βάψας. ii Capitum index.

IV. De mystica Theologia, capp. V, f. 137. Praeeunt: I Epigramma. Inc. Νύκτα δι' ἀμβροσίην. II Index capitum. Clauditur etiam cap. V epigrammate, quod inc. Εἰς γνόφον αἰγλήεντα μολὼν ἐνοειδέος ἀρχῆς.

V. Epistolae X: Ad Gaium θεραπευτήν IV f. 141 v. 142. — Ad Dorotheum λειτουργόν f. 142 v. — Ad Sopatrum sacerdotem f. 143. — Ad Polycarpum ἱεράρχην f. 143 v. — Ad Demophilum θεραπευτήν, de propria Operatione et Clementia, f. 146. — Ad Titum antistitem etc. f. 154 v. — Ad Ioannem Theologum etc. in Patmo insula exsulantem f. 160 v. — In fine, hexametri duo, qui inc. Ἠλιβάτους κευθμῶνας ἰὼν πολυδειράδος ἄκρης.

IGNATII, Antiochiae episcopi, ad Ephesios epistola prima, fine mutila, foliis avulsis, f. 161. Des. ποῦ συζητητής· ποῦ καύχησις τῶν λεγο...

31. Cod. in 4, chart. (f. 1-6) saec. XV; folia reliqua membran. a. 1282 a Michaële, cognomento Argyro, accurate exarata; fol. 351, quorum aliquot madore foedata et blattis exesa. Compendiis adeo indulsit librarius, ut vix unum aut alterum verbum integris scripserit litteris. Olim Christiani Ravii Berlinatis.

(IOANNIS ZONARAE commentarius in Io. Damasceni Canones VIII ana stasimos et in Psalmos graduales (τοὺς ἀναβαθμούς). Deest prooemium permagni aestimandum. Commentarius in Odam I inc. Ὅπως μὲν υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ δι' ἣν αἰτίαν κατῆλθον f. 1. Commentarius in Odam IX, fine mutilus, clauditur verbis: προανεφώνησαν ταῦτα οἱ προφῆται· καὶ γὰρ ὁ μὲν νόμος, τὰ περί... Est et lacuna inter f. 11 et 12, folio uno avulso. — (Canon II), initio mutilus. Comm. inc. Λεγομένου κόσμου ἐστὶν ὁ διάβολος f. 23. — Canon III. Comm. inc. Σοφὸς ὢν ὁ θεῖος οὗτος πατήρ f. 37. — Can. IV. Comm. inc. Ἐν τῷ εἱρμῷ τούτῳ f. 53 v. — Can. V. Comm. inc. Ἐκ τῆς πρώτης ᾠδῆς ὁ εἱρμός f. 68 v. — Can. VI. Comm. inc. Τὴν τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ f. 82. — Can. VII. Comm. inc. Ἡ μουσικὴ φθόγγους μὲν οἶδε πολλούς f. 94. — Can. VIII. Comm. inc. Ἐκ τῆς τοῦ Μωσέως ᾠδῆς f. 107 v.

Eiusdem ZONARAE commentarius in Graduales Psalmos, et de causa simplici Spiritus Sancti (adversus Latinos). Inc. Πρὸς τοὺς ἐρομένους ὁ λόγος f. 123 v.

THEODORI PRODROMI commentarii in Canones seu Hymnos sacros SS. Cosmae et Io. Damasceni; (quibus accedit, supplementi instar, GREGORII CORINTHII interpretatio Canonum, quos Prodromus de industria praetermiserat):

THEODORI PRODROMI prooemium ad orphanotrophum. Inc. Ἔοικας, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὴν ἐν ταῖς δεσποτικαῖς καὶ δημοτελέσιν ἑορταῖς f. 127. Commentarii singuli suum habent prooemium; vide quae ad cod. Palat. 355 adnotavimus. Canones, quos interpretatus est, sunt: — COSMAE: In Crucis elevationem f. 127 v. In Christi natalem f. 143. In Sancta Lumina f. 168 v.

In Domini ὑπαπαντήν, seu occursum f. 192. In Palmas f. 202. Canones V in Hebdomadam Sanctam f. 214, 214 v., 221, 224, 229 v., 245 v., 253. In Pentecosten f. 300. In Transfigurationem f. 315. — Io. DAMASCENI: In Christi natalem, canon iambicus f. 159 v. In S. Lumina, canon iambicus f. 182. In Pascha f. 275. In Transfigurationem f. 330.

GREGORII CORINTHII commentarius in Canonem Cosmae: In Deiparae dormitionem f. 340 v. Folia abhinc sua sede mota in ordinem redegit aliquis in imo margine. In canones Io. Damasceni: In Dominicam S. Thomae f. 288. In Ascensionem f. 295. Damasceni, (seu Io. Arclae), in Pentecosten, canon iambicus f. 308 v. In Annunciationem f. 341 v. Superest tantum initium. In Dormitionem f. 347 v. Nonnulla desunt in Oda VII, et plurima in Od. VIII.

Subscriptio librarii in fine commentarii Zonarae f. 126: ἔτος ͵ϛψϛ: δόξα σοι ἁγία τριὰς δόξα σοι· καὶ πάλιν ἐρῶ δόξα σοι: πάντα τὰ τετράδια τῆς βίβλου μϛ. † τέλος εἴληφεν ἡ θεόπνευστος βίβλος· τέλος σῶσον με Χριστὲ τὸν γεγραφότα· μιχαὴλ τοὔνομα ἀργυρὸν δ' ἐπίκλην: ~

Folio 126 v. leguntur haec: ἡ βίβλος αὕτη πέφυκε τῆς παντουργοῦ τριάδος τῆς ἐν τῇ νήσῳ χάλκῃ τε μονῆς τε τοῦ ἐσόπτρου· καὶ εἴ τι(ς) βουληθῇ ποτὲ λατραίως ταύτην ἆραι κεχωρισμένος ἔσετε (sic) τριάδος τῆς ἁγίας· ἐν τῷ αἰῶνι τοῦτω (sic) γε καὶ τῶ ἐλευσωμένω (sic): † τοῦ μητροφάνους.

32. Membr. in 4, saec. XI, initio ac fine mutilus; fol. 222, quorum numeratio duplex est, una antiquior, quum adhuc integer esset codex; altera, quam sequuti sumus, recentior. Ex antiquiore patet deesse 16 priora folia.

(S. BASILII Homiliae II-XVII priores): II. Initio mutila, inc.... οὔτε γὰρ αὐτὸς ἐφεαυτὸν (sic) ὁ ὀφθαλμὸς κέχρηται τοῦ ὁρᾶν f. 1. — III: In dictum Lucae de divitibus f. 12 v. — IV: Ad divites f. 25. — V: In XIX Psalmum f. 44. — VI: In partem Psalmi XIV, contra foeneratores, f. 53 v. — VII-VIII. Homiliae II de Ieiunio f. 65, 79. — IX: Contra ebriosos f. 89. — X: De ira etc. f. 102 v. — XI: De invidia f. 116. — XII: De gratiarum actione f. 127 v. — XIII: In Iulittam m. etc. f. 141. — XIV: Ad adolescentes, de utilitate ex gentilium libris capienda f. 159. — XV: In principium Proverbiorum f. 177 v. — XVI: Deum non esse malorum auctorem f. 204 v. — XVII: In SS. XL martyres (Sebastae) f. 222 v. Pauca tantum ab initio.

33. Bombyc. in 4, saec. XIV, fine mutilus, et madore parumper inquinatus; fol. 252. Olim Alex. Petavii (a. 1640) qui, folio praevio chartaceo, scripsit haec: « *S*[ti] *Ioannis damasceni canones anastasimi, qui* ὀκτὼ ἦχοι, *octo soni, vel* ὀκτάηχος (sic) βίβλος, *octo sonorum liber inscribitur, cum prolegomenis et commentariis*

archiepiscopi tessalonisensis (sic) (minime, Eustathius enim canonem tantum Damasceni in Pentecosten interpretatus est) *et partim cyri, theodori ptochoprodomi* (qui canones anastasimos ne digito quidem tetigit), *vel Ioannis Zonarae. Cantica sunt de incarnatione, passione et resurettione* (sic) *domini nostri Iesu Christi in ecclesiis graecorum sub auroram cani solita* ». Idem Petavius notas, coniecturas, locos ex S. Scriptura in margine addidit, ut ex scriptura apparet.

(Ioannis Zonarae comm. in S. Io. Damasceni canones anastasimos, seu Octoëchum, cum responsione ad quaestionem de processione Sp. Sancti).

Prooemium inc. Τὸν τοὺς κανόνας ἐξηγήσασθαι μέλλοντα f. 3. Folio primo regeruntur ea quae f. 11 v. leguntur. Folio secundo rescripsit quidam ea quae praebet folium tertium, ne scriptura blattis exesa deperditum iret. — Aliud prooemium, cum lemmatis graecis, et alicubi latinis, in margine. Inc. Εὐσεβοῦς πόθου καὶ προσηκούσης αἰτήσεως f. 11 — Canones: I f. 11 v. — II f. 52 v. — III f. 79 v. Deest folium inter 93 et 94. — IV f. 120 v. — V f. 148. — VI f. 172 v. — VII f. 195 v. In commentario in Hirmum Odae III invehitur Zonaras in Latinos, qui Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere asserunt. — VIII f. 217. — Responsio ad illos, qui petunt, quid sibi velint verba (in Anabathmis): Ἁγίῳ Πνεύματι ἑνοειδεῖ αἰτία f. 248 v. Desunt pauca in fine.

34. Membr. in 4. saec. XII, duabus columnis; fol. 243, quorum 241-243 chartac. saec. XVI. Folia duo praevia, pariter membranacea et in duas divisa columnas, litteris scripta eiusdem aetatis minutis, fragmenta continent ex Menaeis. Codex alicubi madore foedatus, cum scripturae detrimento. Margines aliquot a muribus exesi. Olim monasterii Sancti Iohannis Baptistae.

Historia (Barlaami et Iosaphat), ex interiore Aethiopum seu Indorum regione ad Urbem Sanctam per Ioannem monachum Sabaïtam (S. Ioannem Damascenum) translata. Inc. Ὅσοι Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται.

Subscriptio f. 241: καὶ τοῦτω τῶ βυβλίων (sic pro τοῦτο τὸ βιβλίον) ὑπάρχ(ει) τοῦ τιμίου προδρόμου τοῦ ἄντι κρϊσωτο (sic pro ἀντικρὺς ὄντος?) πό(εως) εὔζι . . . αὐτῶ, καὶ ὅτις (sic) ἐξύλαιώσει (ἐκσυλήσει?) αὐτῶ ἐκ τῆς ριθέισης μονῆς ἐχέτω τὰς ἀρὰς τῶν τριακοσίων . . . εὐφῶρον (sic) π(ατέ)ρων: †

35. Bombyc. in 4, bina scriptus manu saec. XIV, prima Gregorii cuiusdam (f. 1-376 v.), altera, quae accuratior est, anonymi; fol. 391, quorum plurima scissa, ultima blattis exesa. Passim scholia in margine. Olim Anthimi monachi.

Euthymii Zigabeni Panoplia dogmatica orthodoxae fidei, iussu Alexii Comneni ex Patrum scriptis contexta, divisaque in titulos XXVII. Accedit

Paratitlos, seu Photii Patr. CP. Synopsis VII conciliorum oecumenicorum, ex eiusdem ad Michaëlem Bulgariae praefectum epistola. Praemittuntur: I. Euthymii Programma, seu praefatio senariis scripta iambicis. Inc. Ἀλεξίου φρόντισμα καὶ γλυκὺς πόνος f. 3. II. Aliud eiusdem epigramma. Inc. Ὡς ηὐδόκησεν ὁ κρατῶν στεφηφόρως f. 4. Prooemium inc. Καὶ πάντα μὲν τὰ κατορθώματα τοῦ μεγίστου καὶ θεοκυβερνήτου βασιλέως ἡμῶν Ἀλεξίου f. 5. Titulus primus inscribitur: Συλλογιστικὴ ἀπόδειξις, ὅτι εἷς ἐστι Θεός etc. f. 10. Titulus postremus sive κζ: Adversus Saracenos, qui Ismaëlitae nuncupantur etc. Inc. Οἱ Σαρακηνοὶ μέχρι μὲν τῶν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως χρόνων f. 361 v. — Inter titulum XXII et XXIII inseruntur Basilii M. XXX capita ad Amphilochium, contra Pneumatomachos (ex libro de Spiritu Sancto). Inc. Ἐπήνεσα τὸ φιλομαθές σου f. 277. — Titulis demum Euthymii accedit: (Paratitlos) f. 374. Desunt inscriptio, initium et plura in fine. Inc. . . . γλώττης καὶ διανοίας. — Indicem auctorum, quos laudat Euthymius in Panoplia, accuratissimum confecit Fabricius B. G. VIII, p. 334 sqq. ed. Harl.

(Eiusdem? Dialogus Saraceni et Christiani). Superest tantum finis. Inc. Βαπτίσματος ἐσώθησαν· καὶ σώζονται χάριτι Θεοῦ f. 376.

(Eiusdem?) Disceptatio cum Saraceno. Inscribitur: Ὑπόμνημα ἀντιῤῥητικὸν πρὸς Σαρακηνόν. Inc. Ἐὰν ἐρωτήσας Σαρακηνὸς λέγῃ f. 376 v.

S. Gregorii Thaumaturgi Capita XII (theologica): De Incarnatione Iesu Christi etc., cum anonymi commentario. Inscriptio prolixa. Verba Gregorii inc. Εἴ τις λέγει δοκήσει φανερῶσθαι τὸν Κύριον τῷ κόσμῳ f. 378 v. Comment. inc. Πῶς γὰρ ἄκτιστον λέγει f. 379 v. Ita scilicet comparatur commentarius, ut non a primo, sed ab ultimo incipiat capite, ordine inverso.

Canonarium διαγορεῦον περὶ πάντων τῶν λεπτομερῶς παθῶν, καὶ τῶν τούτοις προσφόρων ἐπιτιμιῶν etc. Inscriptio prolixa. Fine mutilum, inc. Τῆς θείας καὶ παναγάθου τοῦ ὑπεραγάθου καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μακαρίας χρηστότητος f. 382.

Subscriptio barbara possessoris: Folio 1 v. haec habentur: ἐκ τοῦ ἁγίου μοναστηρίου τῆς ἁγίας ἀναστασίας τῆς ρωμήνας ἠγώρασα (sic) αὐτὸν ἐγὼ ἄνθιμος ἐλάχιστος τῶν μοναχῶν, διὰ ἄσπρα 1000 ἤγουν χίλια, καὶ ὅποιος (sic) τὸν ἀποξενώσι (sic) ἄνευ τῆς θελισεώμου (θελήσεώς μου) νὰ ἔχει τὰς ἀρὰς τῶν ἁγίων, καὶ θεοπνεύστων πατέρων τῶν ἐν νικαῖα (sic) καὶ τῶν λιπῶν ἁγίων (λοιπῶν ἁγ.) ἀρχιερέων καὶ εὐλαβεστάτων ἵρεων (ἱερέων). ἀμὴν, ἀμὴν, ἀμὴν. ἐγράπτι (l. ἐγράφθη ταῦτα) εἰς τὸ αὐτῶ (sic) ἁγίω μοναστηρίω τῆς ἁγίας ἀναστασίας ἐπὶ ἔτος 1642 ἐν μηνὴ ὀκτωμβρίου (sic).

Subscriptio scribae (f. 376 v.): εὐχ(ὴν) δὲ δίδου τῶ γραφεῖ γρηγορίω †.

36. Bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 282, quorum ultimum blattis corrosum. Margines priores a bibliopego excisi, cum scriptu-

rae detrimento. Codex madore valde deturpatus. Olim Metrophanis.

Io. Chrysostomi in Ioannis Evangelium homiliae priores II-XLIV, quibus singulis suum accedit ἠθικόν, cum argumentis in ima pagina minio accurate descriptis. Homilia II, initio mutila, inc. . . . ἄλλων διατρίβοντες ἀνθρώπων f. 1.

Subscriptio possessoris f. 179 v.: οἱ πατέρες μέμνησθε τοῦ μητροφάνους.

37. Chart. in 4, saec. XV, fol. 135.

S. Maximi (de Quaestionibus variis) capita XXXIII, praevio indice. Cap. I: De duabus Christi naturis, etc. f. 1. Cap. XXXIII inscribitur: Ἔκθεσις σύντομος μετὰ τῆς ὀρθῆς συνηγορίας τῆς ἀληθοῦς τῶν πατέρων ὁμολογίας. — Eiusdem, de variis difficilibus locis Sanctorum Dionysii et Gregorii, ad Thomam virum sanctum. Inscriptio prolixa. Inc. Ἀπλανοῦς θεωρίας ἐξ ἐμμελοῦς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς f. 120 v. Hoc opusculum, si minus in indice, in ipso opere tamen tanquam superioris caput XXXIV inscribitur.

38. Membr. in 4. saec. XI, fol. 322, quorum 1-185 fortasse exaraverit Stephanus quidam (στεφανος εγραψε, sic f. 195, in ima pagina, sine accentibus). Olim Symeonis Hieromonachi (v. f. 179 v.).

S. Gregorii Theologi Homiliae XVIII priores, cum inscriptionibus in fronte singularum et in calce. — Hom. I. In Pascha et in Tarditatem f. 1. — II. In Pascha f. 4. — III. In Novam Dominicam, cum scholiolo in margine, f. 24. — IV. In eandem festivitatem f. 29 v. — V. In Pentecosten f. 31. — VI. In Maccabaeos f. 42. — VII. In Cyprianum etc. f. 51. — VIII. In Verba et in Exaequatorem f. 62. — IX. In Christi natalem f. 71. — X. In S. Basilium ἐπιτάφιος f. 82. — XI. In Sancta Lumina f. 135 v. — XII. In Baptismum f. 148. — XIII. Ad Gregorium, Basilii fratrem, qui post ordinationem intervenerat, f. 180. — XIV. In S. Athanasium laudatio funebris f. 185. — XV. Valedictoria coram coetu CL episcoporum f. 205. — XVI. De pauperum amore f. 222-242, et 258-261. Inscribitur homilia in fronte et in fine: Περὶ πτωχοτροφίας, loco vulgati φιλοπτωχίας. — XVII. In patrem ob grandinis plagam silentem f. 243. — XVIII. Apologia pro fuga sua in Pontum etc. f. 262.

S. Dionysii Areopagitae epistolae III: I. Demophilo θεραπευτῇ, de propria operatione et clementia, f. 309. — II. Polycarpo ἱεράρχῃ f. 317 v. — III. Ioanni Theologo, Apostolo et Evangelistae, in insula Patmo exulanti, f. 320.

Ex Clementis presbyteri Alexandrini libro: Quis dives salvetur. Inc. Ἵνα δὲ ἐπιθαῤῥήσῃς f. 321. Clauditur fragmentum his verbis, eadem scriptis manu: ταύτης τῆς ἱστορίας μέμνειται (l. μέμνηται) εὐσέβειος ὁ παμφίλου (H. E. III, c. 23), καὶ ἰωάννης ὁ ἐπίσκοπος κωνσταντινουπόλεως.

Subscriptio rudissima possessoris f. 179 v.: εὔχεσθε καμὴ (l. κἀμοὶ) τὸ ἀμάρτολο καὶ αναξίῶ ιεροα͞χ (l. ἱερομονάχῳ) σίμεῶν ῶ (i. e. ὅτι) ἀμάρτολος ἔστην (l. ἐστὶν) καὶ ταλέπωρως υνα σοθῖ τε (l. ἵνα σωθῇ τε) καὶ εσκένημερα (l. ἐν ἡμέρᾳ) κρίσεως ἀμὴν ἀμὴν. Menda omnia accurate expressimus.

Subscriptio librarii f. 195, in ima pagina: στεφανος εγραψε. † ευχου στεφα(ν)ο γράψαστω (pro εὔχου στεφάνῳ γράψαντι τὸ ...); cetera evanuerunt.

39. Chart. in 4, forma quadrata, saec. XVII, fol. 132.

(Commentarius brevis in Psalmos), initio mutilus. Psalmus primus inc. Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται (v. 6) f. 1. Comm. inc. Τὰ ἐπιτηδεύματα τοῦ διαβόλου μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐκ ἔτι ἔσονται f. 1. Clauditur Psalmo CXLIX. Patres nusquam laudantur.

40. Bombyc. in 4, saec. XIII, fol. 344, quorum aliquot blattis exesa et madore deturpata. Olim Danielis cuiusdam hieromonachi, postea monasterii S. Io. Baptistae τῆς Σκήτεως, ut ex folio praevio apparet et folio 77 in margine.

Catena Patrum in Psalmos. Tituli miniati omnes, ut et nomina Patrum. Textus Davidicus continua serie scriptus, μέσον τῶν καταβατῶν (v. infra); scholia in margine, quorum aliquot minio descripta, pleraque atramento nigro. Catena inc. (Μα)θητὴς τοῦ Χριστοῦ ὁ Δαβὶδ ἀπὸ μακαιρισμοῦ ἤρξατο τῆς διδασκαλίας f. 1. Psalmus XXVIII vix incoeptus, folio avulso inter f. 55 et 58. Deest pariter folium 67. Folia 77-114 v. scholiis carent, videl. ab extremo psalmo XXXVI usque ad finem L. Reliquit librarius ad ea supplenda margines amplissimos. Praeter scholia, psalmo CXIX τῶν ἀναβαθμῶν praemittitur praefatio (προθεωρία), quae inc. Μόνοι οἱ τῷ λόγῳ καὶ τῷ βίῳ ἀναβαίνοντες, οἰκεῖοί εἰσι τῶν ἀναβαθμῶν f. 281. Scholia in ultimum psalmum fine mutila, folio, ut videtur, avulso. Folio 344 legitur, alia scriptum manu, scholium in verba psalmi XLV, 5: Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσιν τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. Schol. inc. Ποταμοὶ μὲν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Sequitur monitum librarii, male in finem codicis a bibliopego coniectum. Inc. Ἐν τῷ παρόντι θείῳ ψαλτηρίῳ, μέσον ... τῶν καταβατῶν κεῖται τὸ ὕ(φος textus) σὺν αὐτοῖς καὶ ἡ τούτων ἐξήγησις (ἀπολιν)αρίου ἡσυχίου etc.

Laudantur in Catena: Adrianus, Anastasius, anonymus, Antiochus, Apollinaris, Arsenius, Asterius, Athanasius, Basilius, Cyrillus Alexandr., Didymus, Diodorus, Dorotheus, Evagrius, Eusebius, Gregorius Nyss. et Nazianz., Hesychius, Ioannes, Io. Chrysostomus, Isidorus, Maximus, Origenes, Philo, Theodoretus, Theodorus, (Theodotion, Theodotius, Theodotus ?).

Folio praevio, a tergo, leguntur haec possessoris verba: καὶ τοῦτο τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν βιβλίον τὸ (i. e. αὐτὸ) ἐπ(έδωκεν) δανιὴλ ἱεροα͞χ (ἱερομόναχος) εἰς τὸν (ἱερὸν καὶ τίμιον?) πρόδρομον τῆς σκήτεως ἕνεκ(α πνευματ)ικῆς σ͞ρίας (i. e. σωτηρίας). καὶ ἥτις (εἴ τις) τὸ ἀποστερήση (-σει) γ(ενέσθω) ἀφορι-

σμένος παρὰ θ(εο)ῦ παντοκράτ(ορος). Eadem comminatio ab eodem iteratur in margine folii 77.

41. Membr. et chart. in f., fol. 191, quorum membranacea a Niceta Lectore et Calligrapho a. 1092 exarata; et chartacea (3-9, 185-186), ex alio codice in nostrum inserta, saec. XVI.

(Ioannis Scholastici, cognomento Climaci, Scala paradisi) f. 9. Praemittuntur, ut solet: I Auctoris vita, a Daniele Rhaitheno per compendium scripta, initio mutila. Inc. . . . ἤχετο (εἴχετο) καταστάσεως. Integram vitam suppeditant infra folia chartacea 4 v.-9. II Ioannis (Scholastici) ad Ioannem (Rhaithenum epistola) f. 1 v. III Prologus, et index in XXX Gradus, f. 3. Alius index habetur f. 179. — Scala paradisi, nuncupata etiam πλάκες πνευματικαί, vel κλῖμαξ θείων ἀναβάσεων (v. f. 3), clauditur Epilogo ad Pastorem, qui Λόγος λᾱ seu liber XXXI in codice inscribitur. Inscriptiones omnes miniatae, cum in fronte tum in fine singulorum λόγων. Hic illic, e regione inscriptionum, scalae imperita manu depictae. Epilogi quatuor priores versus minio sunt descripti, ceteri alternis vicibus minio et atramento nigro.

Subscriptionis calligraphi miniatae, prolixioris quam quae integra referri possit, summam tantum, ipsis tamen verbis insistentes, praebebimus (f. 197): πλήρωμ(α) νόμ(ου) Χ(ριστὸ)ς· φύλαττ(ε) τοῦς (sic) τρεῖς· ἡ τριὰς τρισολβείος (sic)· ἐτελειώθ(η) σὺν θ(ε)ῶ ἡ ἱερὰ δέλτος αὕτη (c. αὕ) μην(ὶ) αὐγούστ(ω) ϛ̄ ἡμέ(ρα) Γ̄ ὥρ(α) ᾱ Ν̄ (ἰνδικτιῶνος) ᾱ ἐνέτ (ἐν ἔτει) ͵ϛχ. † γνώντες (γνόντες) ἀδε(λφοὶ) τῶν σφαλμάτων τὰ πλήθ(η) etc. Ἐγρά(φη) διὰ χειρὸς νικήτ(ου) ἀναγνώστ(ου) τοῦ λιβή (sic) καὶ καλλιγρά(φου) διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξόδου μο(να)χοῦ καὶ καθηγουμένου τοῦ μροφᾱ (μητροφάνους) τῆς μονῆς τῆς ὑπεραγίας θκου (θεοτόκου) ὁ (sic) τῶν ἀρκολούστρων † etc. In fine: ἀμήν, σφραγίζει ὁ πρόδρομος † Idem folium, a tergo, nonnulla praebet, minutis scripta litteris, aevi iniuria fere obliterata, quae oculorum aciem effugiunt.

42. Membr. et chart. in 4, a Nicolao Lectore τῆς καλιβάρεος (sic) a. 1339 exaratus; fol. 281. Folio praevio, pariter membranaceo, inest precatiuncula ad Christum: φώς (sic) ὑπάρχης (sic) Χριστέ· etc.

Vita S. Ephraemi. Inc. Γέγονέ τις ἐν τῇ ἀνατολῇ ἀνήρ f. 1. Parva lacuna, fere a principio.

(S. Ephraemi Syri opuscula varia ascetica): I. Paraeneses L. Prima inc. Δόξα σοι, ὁ Θεός, δόξα σοι f. 2. Ultima: De Oratione. — II: (Quaestiones ac responsiones) IV: Prima: Πῶς βλασφημεῖται τὸ θεῖον etc. f. 121. — De Poenitentia f. 128 v. — Adhortatio ad pietatem, et de poenitentia et animae compunctione etc. f. 134. — Ad monachos, quales esse debeant, f. 138 v. — De Compunctione f. 140 v. — De Poenitentia

f. 143, 145 v. — De vera renunciatione, et quomodo anima Deum invenire possit, f. 149. — De timore Dei f. 150. — De contemptu Dei, de dilectione f. 150 v. 151. — De intolerantibus f. 151 v. — De clementia etc. f. 152-153 v. — De lenitate, de iracundia, de mansuetudine, f. 154-155. — De malignitate f. 155 v. — De veritate, de mendacio f. 156, 156 v. — De obedientia, de contumacia f. 157, 157 v. — Περὶ ἀφθονίας, et de invidia f. 158, 159. — Non calumniandum esse, de calumnia f. 159 v., 160. — De temperantia, de intemperantia f. 160 v., 161 v. — (Alia eiusdem Ephraemi): In patres defunctos f. 163 v. — Admonitorium sive prooemium in paraeneses f. 167. — Adhortatio ad sobrietatem et animi compunctionem f. 173. — De paraenesi f. 179. — Capita C: Quo pacto quis humilitatem comparet, f. 186. — Adversus pravas cogitationes paraenesis f. 210 v. — Paraeneses VIII de Virtute, ad monachum novitium f. 213. — Paraenesis ad fratrem lapsum, de abstinendo a concupiscentia etc. f. 227 v. — Capita X de Virtute, praevio prologo, f. 228. — Epistola ad Ioannem monachum, de patientia etc. f. 239. — De iudicio, dilectione et resurrectione f. 244 v. — Sermo in peccatores impoenitentes f. 252. — De patientia, saeculi consummatione et altero Christi adventu etc. f. 254. — De perfecto monacho f. 265.

Subscriptio librarii in fine codicis (f. 281 v.): † ἐπληρώθη ὁ παρὼν ἐφραὶμ διὰ χειρὸς κἀμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ νικολάου ἀναγνώστου τῆς καλιβάρεος ἐν μην(ὶ) ἰουν(ίῳ) ἰνδικτιῶνος ζ ἔτους ,ςωμ̄ ἑβδόμῳ: δόξα χριστῶ τῶ θ(ε)ῶ δόσαντι (sic) ἀρχὴ(ν) καὶ τέ(λος). ἀμήν.

43. Chart. in f., forma quadrata; fol. 189, quorum 1-116, et 168 ad finem, saec. XVI; 118-159 saec. XIV, madore maculata; 161-167 saec. XV. Olim Dorothei Hieromonachi, et παποῦ Damasceni. Schedae folio praevio adhaerenti inest epistola a. 1642 scripta, qua Patriarcha CPolitanus Damasceno, metropolitae Thessalonicensi, potestatem facit ad sacerdotii ordinem diaconum quemdam in S. Polycarpi ecclesia promovendi. Inc. Ἡ μετριότης ἡμῶν προτρέπεταί σοί.

Grigentii, Archiepiscopi Τεφρῶν, cum Iudaeo Erban disceptatio. Inc. Τελεσθήσης (sic) ἤδη τῆς προθεσμίας f. 1. Iudaeus infra (f. 21 v.) dicitur νομοδιδάσκαλος, sive Legis doctor.

Dicta varia ex Veteri Testamento, de Trinitate et de Filii Dei Incarnatione. Inc. Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεός f. 118. Tractatulus fine mutilus.

Colloquium Iudaei et Christiani. Inc. Ἠρώτησεν Ἰουδαῖος Χριστιανόν f. 146.

Isidori, Metropolitae Thessalonicensis, ratio accurata inveniendi plenilunii concursum, solisque ac lunae defectionem. Inc. Γινώσκει(ν) σε χρὴ ὅτι κύκλος τῆς σελήνης f. 161.

Ex Capitibus GREGORII PALAMAE, Thessalonicensis Archiepiscopi. Inc. Ὁ Θεῷ συγκραθεὶς διὰ πίστεως f. 168 v. Palamas dicitur sanctus pater in inscriptione.

Ex S. AMMONAE Didascaliis (sive Institutionibus asceticis) capita IV: De quatuor illis, quorum si vel unum quis habeat, nec poenitentiam agere potest, nec Deus eius exaudit orationem. Cap. I: De superbia. Inc. Ὅτε λογίζεται ὁ ἄνθρωπος f. 173.

GENNADII SCHOLARII, Patriarchae CPolitani, de fide orthodoxa ad Agarenos (Saracenos) tractatus, rogante Amoera Sultano Mechemeto, scriptus, cum interpretatione Turco-Arabica, litteris graecis, per Achumet iudicem (καδδῆ) Berrhoeae, patrem Machumuti Tzelebi (τζελεμπὶ) scribae (imperatorii). Gennadii opusculum inc. Πιστεύομεν μὲν ὅτι ἐστὶ Θεὸς δημιουργὸς πάντων f. 174 v. Interpretatio inc. Ἰχθι κατουμοῦς μπουνοῦν.

(Lexicon brevissimum graeco-arabicum, nullo ordine dispositum). Inc. Εἶδος νέυε. Γένος Τζίνς. Διαφορὰ φάσιλ f. 187.

S. THALASSII ad S. Maximum Confessorem quaestiones. Inc. Ἐπειδὴ ἐν τῷ ἁγίῳ Διαδόχῳ ἐν τῷ ρ̄ κεφαλαίῳ γέγραπται f. 187 v.

(Apophthegmata quaedam christiana). Ἐλεημοσύνη ὑπερηφάνου κυνός ἐστιν κάρπωσις f. 188. Sunt numero VIII, quorum ultimum: Νηστεία κενοδόξου καπνός ἐστιν εἰς ἡμέραν λυόμενος.

Ex ARISTOTELE de ventis. Inc. Τῶν βιαίων πνευμάτων καταιγὶς μέν ἐστι f. 188 v. Clauditur folium ultimum possessoris verbis: Τὸ παρὸν βιβλίον ὑπάρχει Δωροθέου ἱερομονάχου καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ.

44. Chart. in 4, saec. XVI, trina manu festinanter et minutissimis litteris scriptus; fol. 356, quorum plura aquis maculata. Inscriptiones desunt plurimae, nec paucas combibit charta.

(Homiliarium). Carent pleraque Homiliae auctorum nominibus.

(Homiliae variorum in Evangelia Dominicarum Lucae). — Dom. XVIII. Inc. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἑστὼς f. 1. — Dom. XIX. Inc. Πασῶν τῶν ἀρετῶν f. 5. — Dom. XX, GREGORII PALAMAE homiliae II: I inc. Τὸ θεῖον καὶ κοινωφελὲς f. 11 v.; II Ἐν λιτῇ τελουμένῃ. Inc. Ὁ Θεὸς θάνατον f. 13. — (In Evang. Matthaei). Inc. Οἱ πρὸ τοῦ νόμου f. 19. Lacunae in medio. — In Circumcisionem. Inc. Περιτεμνώμεθα καὶ ἡμεῖς f. 41. — Prooemium in parabolam seminis. Inc. Ἐγὼ μὲν ὁ ταπεινός f. 42 v. GREGORII PALAMAE in eandem prooemium f. 42 v. — Enarratio evangelica in eandem. Prooemium inc. Ὥσπερ παράδεισος f. 43. — In Divitem et Lazarum. Prooem. inc. Τῶν κατὰ σῶμα χρειῶν f. 50. Alia hom. in eosdem. Inc. Εἶπεν ὁ Κύριος f. 56 v. — Dom. XXIII. Inc. Ὥσπερ τὰ σώματα f. 59. — Dom. XXIV. Inc. Καὶ μεγάλη ἀνάγκη f. 62. — Dom. XXV. Initio ac fine mutila. Inc. . . . . στερούμενοι, εἰς τὰ τῆς f. 65 v. — Dom. XXVI. Inc. Ἡ πλεονεξία μέγα f. 69. — Dom. XXVII. Inc. Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεός f. 73 v. — (In illud Domini:

Attendite a fermento etc.). Inc. Τρέμω καὶ φρίττω f. 77 v. — (De caritate ὁμοφύλων). Inc. Ἐλεήσωμεν τοὺς ὁμοφύλους f. 79 v. — (Orandum esse pro omnibus). Inc. Ἐν ταῖς παρ' ἡμῶν γινομέναις f. 82. — (De desidia). Inc. Καὶ ῥαθυμοῦντας βλέπων f. 86 v. — Dom. XIV secundum Matth. Inc. Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν f. 91 v. — Dom. XXXIII, Lucae. Inc. Εἶπεν ὁ Κύριος· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν f. 95 v. — Dom. XXIV Publicani et Pharisaei. Inc. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν κήπων f. 98 v. — Mense Iulio, (tempore messis). Inc. Καιρὸς ἰδοὺ καὶ ὥρα f. 103. Fine mutila. — (De eleemosyna). Inc. Ὁ πλούσιος ἐν ἐλέει f. 105. — De exaltatione Crucis. Inc. Τὴν λαμπρὰν ἡμέραν f. 107 v. — (In Transfigurationem). Inc. Πᾶσαι μὲν αἱ δεσποτικαί f. 110. — (In vitam monasticam). Inc. Ὁ μονήρης βίος f. 112 v. — (De observandis mandatis). Inc. Ἐννοήσωμεν, ἀδελφοί μου f. 114 v. — (De observanda monastica professione). Inc. Παρακαλῶ ὑμᾶς f. 116 v. — (De patientia). Inc. Πάντα τὰ κατὰ Θεόν f. 117 v. — (Fugiendam esse desidiam). Inc. Ἐν ἀνέσει πολλῇ f. 118 v. — (In idem). Inc. Διαβαίνει ὁ χρόνος f. 119 v. — (In vitam monasticam). Inc. Ἀδελφοί, καὶ πάντα μέν f. 120 v. — (In eandem). Inc. Ἀδελφοί, οἴδατε ὅτι f. 122 v.

(Commentarius in hymnum, qui ad apodipnon recitatur). Hymnus inc. Εὐλογητὸς ὁ Θεός. Comm. Πάντα μὲν οὖν ἄξιον θαυμάσαι f. 124.

Capita ex variis in Genesin commentariis. Inc. Ἰστέον, ὅτι τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας f. 125 v.

(Catena PP. in Genesin). Inscr. Σεβηριανοῦ εἰς τὴν Γένεσιν καὶ εἰς τὴν Ἔξοδον. Inc. Ἰστέον ὅτι λέγουσα ἡ γραφή f. 127 v.

Laudantur in Catena: Acacius, Cyrillus, Diodorus, Gennadius, Severianus, Symmachus, Theodoretus. Excerpta fine mutila excipiunt folia 133-140 vacua.

Ex Abbatis Ammonae (didascaliis capita IV). Inscribitur: Τοῦ ἀββᾶ Ἀμῶν (sic). Inc. Τέσσαρα γράμματά εἰσι f. 141. Folia 141 v.-145, paucis exceptis, scriptura carent, integro tamen opusculo.

Legem Mosaicam, qua frater fratris, vita sine prole defuncti, uxorem in matrimonium ducere iubetur, quinque modis esse interpretandam. Inc. Πρῶτος τρόπος. Ἰακὼβ τοιγαροῦν καὶ Ἠλεί f. 145 v.

Gregorii Palamae, Thessalonicensis Archiepiscopi, Homilia in festum SS. Petri et Pauli. Inc. Τῶν ἁγίων ἑκάστου μνήμη f. 146. — (In festum S. Ioannis Ev.). Inc. Ἑορτὴν ἄγομεν σήμερον f. 153. — In Prodromum (Io. Bapt.). Inc. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ κρατήσας f. 156 v. — Ex Chrysostomo, in Adami e paradiso eiectionem. Inc. Πρόκειται ἡμῖν, ἀγαπητοί f. 158. Fine mutila. — Ioannis Stauracii, Chartophylacis Thessalonicensis, homilia in S. Demetrium. Inc. Ὁ λόγος τῷ μυρορρόᾳ f. 160. Lacunosa in medio. Folia 174, 175 sine scriptura. — (De eleemosyna). Inc. Τὰς τῶν ἀποστόλων κακοπαθείας f. 176. — (De iustis et peccatoribus). Inc. Μήτι ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι f. 178. Fine mutila. — (In Deiparam). Inc. Ἄνθρωπος γὰρ

ὁ μείζων οὗτος ἐν μικρῷ κόσμος f. 179 v. — ANDREAE CRETENSIS in Deiparae natalem. Inc. Εἰ μετρεῖται γῆ f. 180 v. Initium tantum. Folia 180-183, paucis exceptis, scriptura carent. — De articulis fidei. Inc. Ὅτι ἡ κυρίως διάκρισις f. 184. — De VII Sacramentis. Inc. Δεῖ εἰδέναι, ὅτι μυστήρια f. 184. Sequuntur folia 186-189 sine scriptura. — De iniuriarum memoria (narratio de sacerdote quodam et diacono). Inc. Ἱερεύς τις μετ' εὐλαβοῦς διακόνου f. 189 v. — De duobus fratribus sibi invicem infensis. Inc. Δύο ἀδελφοὶ ὁμοπάτριοι f. 190. Narratio fine mutila. — Esaiae presbyteri, περὶ τῶν λειτουργιῶν ταῖς ἐκκλησίαις διδομένων ἱερεῦσιν. Inc. Ἀποθνήσκων τις ἄρχων ἐξαίφνης ἐν Νικομηδείᾳ f. 192. — De monacho in spelunca degente. Inc. Μοναχός τις εὐλαβὴς f. 192 v. — Narratio de Syncletice in Iordanis deserto degente, fine mutila. Inc. Τὶς τῶν πνευματικῶν πατέρων Σίλας ὀνόματι f. 193 v. — In secundam feriam primae hebdomadae Quadragesimae, sermo ex variis concionibus consarcinatus. Inc. Ἔφθασε καιρός, ἡ τῶν πνευματικῶν ἀγώνων ἀρχὴ f. 194 v. — In quartam feriam primae hebdomadae. Inc. Νηστεύοντες, ἀδελφοί f. 195. — Prooemium in tres Hierarchas, Basilium, Chrysostomum, et Gregorium. Inc. Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων f. 196. — Prooemia varia in omnes sanctos. Inc. Τοὺς εὐλογοῦντάς σε f. 197 v. Supersunt duo tantum, et quidem primum in S. Cyriacum, alterum in anonymum. — Archiepiscopi Tauromeniae in Sicilia, cognomento CERAMEI, homilia in Transfigurationem. Inc. Οἷόν τι πάσχειν εἰώθει ποιμὴν f. 208. Sequuntur Quaestiones XII de Transfiguratione, quarum prima: de causa Transfigurationis. Inc. Πόθεν οἱ ἀπόστολοι ιβ' f. 219 v. — (Eiusdem Ceramei? de Utilitate timoris). Inc. Ὁρᾷς πόσον ἀπὸ τοῦ φόβου f. 220. — SS. Cosmae et Damiani τῶν ἀναργύρων, et matris eorum Theodotae, vita. Inc. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ f. 225 v. — Xenophontis συγκλητικοῦ, uxorisque eius Mariae, et filiorum vita. Inc. Διηγήσατό τις γέρων μέγας f. 228. — Excerpta ex BASILIO. Inc. Οὐ πάντα φύσεως f. 231. — Ex ANASTASIO SINAITA. Inc. Θαμβεῖται πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις f. 231 v. — IEREMIAE, Patriarchae CPolitani (de ordinatione Dorothei Argivi et Naupliensis metropolitae epistola). Inc. Ἡ τῶν διεστώτων μελῶν f. 236 v. — (Nomina episcoporum, qui concilio primo Nicaeno adfuerunt). Inc. Σίλβεστρος Ῥώμης f. 242. — Solutiones dubiorum aliquot S. Scripturae, ex variis Patribus. Inc. Τί ἐστιν τό· οὐχ ἑψήσεις ἄρνα f. 244 v. — Commentarius brevis in Evangelium Matthaei. Inc. Ἐγράφη τὸ εὐαγγέλιον ἐκεῖνο ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου (sic) f. 250 v. Sequuntur quaestiones aliquot de Haereticis. — Paschalium in annulo succineo inventum, quum fundamenta columnae Constantini Magni posita sunt. Inc. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι δεῖ ἐπιτηρεῖν f. 251 v. — GREGORII Thaumaturgi capita XII de Incarnatione Verbi, cum commentario. Prooemium inc. Θεοῦ χάριν ὅπως δεῖ. Comm. inc. Πῶς γὰρ ἄν τις λέγοι τὸν Χριστόν f. 251 v. Sequitur aliud capitulum in verba: Ἐγὼ καθεύδω καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ. — (De Metu). Inc. Φόβος ὁ μέν ἐστιν

ὑλικός f. 255 v. — Prooemium in Passionem Christi. Inc. Ὥσπερ οἱ λίαν (l. λείαν) καὶ ὁμαλὴν ὁδόν f. 256 v.

De Orione (et Pleiadibus). Inc. Δῆλον δὲ ὅτι Ὠρίωνα f. 257 v.

Synopsis brevis VII conciliorum oecumenicorum. Inc. Χρὴ γινώσκειν πάντα χριστιανόν f. 258. Quartum concilium sequitur Leonis Papae ad Flavianum epistola, et sextum Sophronii ad Sergium epistola.

Preces variae. Prima inc. Ἐπιγνοίην σε, Κύριε f. 306.

(Interpretatio orationis prophetae Habacuc). Inc. Πνεύματι ἁγίῳ ἐνηχηθείς f. 353.

45. Chart. in 4, saec. XVI, eadem manu qua pars codicis 44 exaratus; fol. 373, quorum ultimum scriptura caret.

Homiliae variorum. Praemittuntur: I. Fragmentum libelli adversus Latinos. Inc. Ἀλώπεκα παραινεῖν f. 1. II. Sententiae aliquot MENANDRI. Οὐδὲν εἰρήνης ἶσον f. 1 v. III. De diebus novissimis et saeculi consummatione. Inc. Κατὰ τοῦ ἑβδόμου αἰῶνος f. 2. IV. De signis adventum Domini praecedentibus. Inc. Ὁ ζωηφόρος σταυρός f. 3 v. V. De die et modo novissimi iudicii. Inc. Γενήσεται ἡ ἐξέτασις f. 3. VI. Nomina mensium latino-graeca f. 3.

Homiliae: — ATHANASII, de Incarnatione Verbi et de Trinitate. Inc. (Οἱ) κακοτέχνως τὰς θείας γραφάς f. 4. Homiliam sequitur fragmentum, quod inc. (Μ)ιμησώμεθα τοὺς μύρμηκας; et f. 18 v. nonnulla ex Chrysostomo, quae inc. Εἰ θέλεις ἀπλανής. — MAXIMI Monachi, de ecclesiastica mystagogia etc. Inc. Πῶς σοφώτερος γίνεται f. 20. — IOASAPHI, hieromonachi et magni protosyncelli, homilia in hymnum Φῶς ἱλαρόν, rogatu Nili monachi scripta. Inc. Οὐχ ἁπλοῦν εὑρίσκω f. 40. Accedit in fine epistola Ioasaphi ad Nilum. — GENNADII SCHOLASTICI, in parabolam coenae et X leprosorum. Inc. Τὴν σήμερον ἀναγνωσθησομένην f. 52 v. Homilia fine mutila. — (Dialogus anonymi de fide christiana), imperfectus. Inc. Ποίας θρησκείας εἶ; f. 64. — In Publicanum et Pharisaeum. Inc. Ἔσται ποτὲ λιμός f. 68; homilia fine mutila. — (De humilitate). Inc. Τετραχῶς τὰ εἴδη f. 77, fine mutila. — (Ex Chrysostomo? de poenitentia). Inc. Πολλῆς ἡμῖν δεῖται f. 79. — Ex CHRYSOSTOMI homilia LXXI adversus vanam gloriam et imprimis eos, qui iactanter stipem erogant. Inc. Ἀλλ' ἵνα μὴ πάλιν ἐγκαλῶμεν f. 79 v. — Ex eiusdem homilia in Pauli epistolam ad Philippenses. Inc. Πιστεύωμεν τοίνυν εἰς δόξαν αὐτοῦ f. 80 v. — (Ex eiusdem) hom. in epistolam (Pauli) ad Romanos. Inc. Παντὸς χαρίσματος αἴτιον ἡ πίστις f. 81 v. — In filium prodigum. Inc. Ἀγαθὸς μὲν ὁ Θεός f. 84. — (In eundem). Inc. Τῇ μὲν προχθὲς κυριακῇ f. 87. — Ex homilia LXVII, Ethicum de poenitentia etc. Inc. Μηδεὶς τοίνυν τῶν f. 89. — GREGORII PALAMAE, de secundo (Christi) adventu. Inc. Τῇ μὲν παρελθούσῃ κυριακῇ f. 89 v. — In dominica Carnisprivii. Inc. Φοβερὰ ἡ ἡμέρα f. 90. — In

dominica Tyrophagi. Inc. Ἰδοὺ τὸ τῆς τεσσαρακοστῆς f. 94. — (In prima quadragesimae dominica). Inc. Ἡ τεσσαρακονθήμερος f. 99 v. — In secunda ieiuniorum dominica. Inc. Ὁ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς f. 104. — In quarta ieiuniorum dominica. Inc. Μεσάσαντες, ἀδελφοί f. 108 v. — In quinta etc. Inc. Παρῆλθε μὲν ὁ χειμών f. 111. — In sexta etc. Inc. Γινώσκετε, ἀδελφοί μου f. 114 v. — In festo Annuntiationis. Inc. Τὴν λαμπρὰν ἡμέραν f. 117 v. — (In Christi Passionem). Inc. Πάντοτε μέν, ἀγαπητοί f. 120. — (In Baptismum). Inc. Ἡ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ f. 122. — In dominica Luminum. Inc. Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου f. 130. — (In Theophania). Inc. Εἰ καὶ τὴν τῶν ἁγίων f. 132 v. — In dominica post Lumina. Inc. Εἰ καὶ ἡ ἑορτή f. 137 v. — (In dominica Palmarum). Inc. Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεός f. 142. — (In Christi Passionem). Inc. Κατὰ τὸν καιρὸν ἐσταυρώθη f. 144 v. — Chrysostomi, (in exitu ieiuniorum). Inc. Ἰδοὺ πρὸς τὸ τέλος f. 145 v. — Ex eiusdem homilia LXVI, Ethicum de eleemosyna etc. Inc. Οὕτω καὶ ἡμεῖς f. 147. — Ceramei (Tauromenitani), in iustum Lazarum f. 148. Homilia vix incoepta. — (In Passionem et sepulturam Christi). Inc. Ὁ μὲν προφητικώτατος f. 150. — (In sacram synaxim). Inc. Οἱ ὑπὸ τὴν παροῦσαν f. 155. — (In exordio quadragesimae). Inc. Ἐπειδήπερ ὁ σωτήριος οὗτος f. 156 v. — In eodem. Inc. Πολλῆς ἡμῶν πληροῦμαι f. 160 v. — (Prooemia III): I inc. Παιδεία τις ἦν καὶ νουθεσία f. 163. — (In exordio ieiuniorum). Inc. Ὁ μὲν καιρὸς οὗτος f. 164. — Ex (Gregorio) Palama. Inc. Ἡ ὑπερούσιος Τριάς f. 165 v. — Eiusdem didascaliae in Ἑωθινά, seu evangelia matutina. Ἑωθινὸν α΄. Inc. Ὁ πρὸ τῶν ὄντων ὤν f. 178 v. Fine mutilum. Aliud, inc. Πάλαι μὲν ὁ θεόπτης f. 182. Ἑωθινὸν β΄, f. 184. Ἑωθ. γ΄, f. 185, fine mutilum; integrum legitur f. 166. Ἑωθ. δ΄ et ε΄ desunt. Ἑωθ. ϛ΄, f. 192 v. Ἑωθ. ζ΄, f. 194. Ἑωθ. η΄, f. 195. Ἑωθ. θ΄, f. 196, fine mutilum. Ἑωθ. ι΄, f. 212 v., ubi in exordio, cur evangelia ἑωθινά dicantur explicatur. — In Dominica nova. Inc. Καινὴν κυριακήν f. 200. — In Samaritanam etc. Inc. Διὰ πασῶν τῶν νῦν f. 203. — Didascalia in Christi Ascensionem. Inc. Ἑόρταζον (sic) Ἰουδαῖοι f. 206. — De invidia etc. Inc. Τέως δὲ ἴδωμεν f. 208. Fine mutila. — Quae ad fidem spectant, accurate esse cognoscenda, ut interrogantibus responderi possit. Inc. Καὶ γὰρ ἄτονον τὸν μὲν ἰατρόν f. 210. — Fragmenta duo initio et fine mutila, ex Patericis. Inc. . . . ὡς οὖν κατήρχετο f. 211. — De S. Communione. Inc. Ἔστι δὴ κατὰ πάντων f. 214 v. — Excerpta ex Basilio, Chrysostomo, Maximo, Anastasio Sinaita: De fornicatione et confessione. Inc. Ἡ τῶν σωμάτων ἐπιθυμία f. 215 v. — (De sancto quodam in monte Olympo degente). Inc. Γέρων τις ἅγιος f. 216. — De sacra communione, ex Chrysostomo et Anastasio Sinaita. Inc. Πολλοὶ τῆς θυσίας f. 216 v. — Fragmentum de vitae vanitate. Inc. Οὐκ, ἀγαπητοί, ὁ βίος f. 218 v. — Christianum oportere non sibimet ipsi tantum, sed et aliis prodesse. Inc. Οὕτω τῆς τῶν ἀδελφῶν f. 219 v. — Vita defunctis magnopere prodesse eleemosynas et missas: Ethicum XX

